

DE
SYMPOSIACA GRÆCORVM ELEGIA.

Q V O
PVBLICI EXAMINIS SOLENNIA
I N
GYMNASIO FVLDENSI

DIEBVS XIII. XIII. XV. XVI. M. MARTII A. MDCCCXXXVII.


RITE CELEBRANDA

INDICIT

NICOLAVS BACHIVS

PHILOSOPHIÆ DOCTOR ARTIVMQVE LIBERALIVM MAGISTER GYMNASII DIRECTOR ET PROFESSOR.

F V L D Æ 1837.
TYPIS MVELLERIANIS.



DE
SYMPOSIACA GRÆCORVM ELEGIA.

Sicut omnis Græcorum poesis tanquam arbor patulis diffusa ramis ad tria revocatur genera, epicum, lyricum, scenicum, unde tanquam e tribus eiusdem trunci ramis surculi quidam exierunt, ita elegia quoque, Ionicum μέλος, etsi triplicem potissimum viam ingressa modo res publicas morumque præcepta (ἐλεγεία πολιτική καὶ ἡθική) modo querimoniam (ἐλεγεία θρηνηώδης) modo amorem (ἐλεγεία ἐρωτική) distichis inclusit, e communi brachio recentes emisit palmites novis deliciis luxuriantes. Sic ex politica elegia paullatim profecta est heroica, ab erotica haud ita aliena esse videtur elegia convivalis (συμποσιακή), quandoquidem sine Baccho et Cerere friget Venus. Atque antiquissimo iam tempore Græcos convivia cantu saltuque ornare solitos testis est Homerus, qui Odyss. XXI, 450 μολπήν καὶ φόβουιγγα ait esse ἀναθήματα δαιτός, atque XVII, 271 φόβουιγγος meminit, ἣν ἄρ' εὖ δαιτὶ θεὸν ποίησάν τεταίριον, qui quidem mos posteriori demum ætate scolorum poesim produxit. Scolia autem ipsa quanquam proprie ad Æolicum μέλος referuntur, tamen, quæ admirabilis eorum est varietas, elegiacam quoque interdum induerunt formam, quam alii quidem poetæ non deflectentes de via omnium communi, Dionysius autem qui ὁ Χαλχοῦς appellabatur ita ad conviviorum usum accommodavit ut, etiamsi fortasse non omnes, quasdam tamen elegias sympo-
siacas a pentametro inciperet eodemque terminaret. Atque F. Osannus, qui nuper in convivalem Græcorum elegiam diligentius inquisivit in symbolis ad historiam litterarum Græcarum et Latinarum Vol. I p. 58 sq. haud improbabili-
ter suspicatus est tibia accinente, velut omnino carmina elegiaca, ita in conviviis quoque scolia ut ita dicam elegiaca esse recitata sive ab aulædis mercede conductis sive ab ipsis etiam potatoribus.

Poetarum vero qui versibus impariter iunctis conviviorum iucunditatem ornavunt atque excoluerunt reliquæ servatæ sunt partim insigniores, ANACREONTIS TEII, XENOPHANIS COLOPHONII, THEOGNIDIS MEGARENSIS, SIMONIDIS CEI, IONIS CHII, EVENI PARII, DIONYSII ATHENIENSIS. Osannus l. c. p. 42 sq. huc rettulit etiam Archilochi fragmenta 8 et 11, quæ tamen, si quis summam rerum collegerit, bellici potius quam convivalis argumenti esse sibi persuadebit, quemadmodum de lugubri elegia Spec. I p. 14 ostendimus.

Iam primum **ANACREON TEIVS**, qui florere cœpit inde ab Olympiade LV¹⁾, præter melica carmina condidit etiam elegiaca teste Meleagro I, 55 sq.

ἐν δ' αἶψ' Ἀνακρεόντα τὸ μὲν γλῆχ' αὖτε μέλισμα
ρέχταρος, εἰς δ' ἐλέγους εὐσπορον ἀνθέμιον.

Quo quidem disticho Meleager se non solum ex melicis sed etiam elegiacis Anacreontis carminibus flores quosdam coronæ suæ impliciturum esse proficitur. Atque Suidas v. Ἀννυρέων hunc poetam ἐλεγεία scripsisse tradit eundemque ἐν ἐλεγείαις laudat Hephaestio p. 11. Tota autem Anacreontis poesis quum sacra quasi esset Libero atque Veneri²⁾, eius elegias quoque tum ad symposiacum tum ad eroticum genus referendas esse censemus. Et quem Critias poeta 7, 5 simpliciter appellat συμποσίον ἐρέθισμα, eundem ἡδὺν Ἀνακρεόντα hiscæ insuper verbis alloquitur:

οὐποτέ σου φιλότης γηράσεται οὐδὲ θανεῖται,
ἔστ' ἂν ὕδωρ οἶνω συμμειγνύμενον κλῆχέσσιν
παῖς διαπομπεὺς προπόσεις ἐπιδέξια ῥομῶν,
παρρηχίδας θ' ἱερὰς θήλεις χοροὶ ἀμφιέπονται,
πλάστιγξ θ' ἡ χαλκοῦ θυγάτηρ ἐπ' ἀκραίσι καθίζῃ,
κοττάβου ὑψηλαῖς κορυφαῖς, Βρομίου παλάδεσσιν.

Quos quidem versus præter scolia³⁾ et similia convivalia carmina ad Anacreontis elegias quoque posse accommodari manifestum est ex duobus distichis ab Athenæo XI, 8 servatis (fragm. 1), quæ sine ulla idonea ratione in epigrammatum numero collocabantur. Sed præterea symposiaco elegiarum generi vindicanda sunt disticha quæ in Anthologia Palatina VI, 154 inter ἀναθηματικά venditantur (fragm. 2), quanquam nullum prorsus præ se ferunt epigrammatis colorem: immo poeta, ut par est, in elegia, non item in epigrammate describit θήλεις χοροὺς παρρηχίδας ἱερὰς ἀμφιέποντας, quales Critias respexisse putandus est: atque hunc trium mulierum chorum earumque Baccho sacrificantium cum conviviis fuisse coniunctum satis probabile. Tum hexametri, ut videtur, particulam: οἶνοπότις δὲ πεποίημαι (fragm. 3) ex symposiaco elegia decerptam esse crediderim.

Anacreontis autem tota poesis quum amatoria fuisse narretur, ita tamen ut eidem vati Venus sine Baccho frigere videretur significante Ovidio Trist. II, 565.

Quid nisi cum multo Venerem confundere vino
præcepit lyrici Teia Musa senis?

vero sane simillimum est poetam elegias quoque ut vino ita amoris celebrando dedicasse, Mimnermi videlicet vestigia prementem: id quod exiguum frustulum elegiacum (fragm. 5) indicat, quo Anacreon Thraciæ cuiusdam puellæ quam in oculis gestasse videtur, quum ipsa eius amorem repudiasset, nullam se iam rationem habere proficitur.

Cuinam denique elegiarum generi assignandus sit pentameter (fragm. 6) quo Thesci lyra memoratur haud facile quisquam hodie expedit.

1) Vid. Clintonis fasti Hell. p. 3. ed. Krüger. cf. p. 13, 15.

2) Vid. Anacreontis carminum reliquias ed. Th. Bergk. p. 4 sqq.

3) Vid. Athen. XV, 49, p. 693 F. cf. Bergk. l. c. p. 13, sq.

XENOPHANES COLOPHONIVS, Dexii vel Orthomenis filius⁴⁾, Apollodoro teste circa Olympiadem XXXX natus, usque ad Cyri et Darii tempora vitam produxit: cui adversa fronte oppugnat Timæus, qui Xenophanem Hieronis et Epicharmi aequalem fuisse ait⁵⁾. Fontem erroris qualem Timæi præ se fert calculus sagaciter indicavit Cousinus, qui fragmenti 17 ed. Karsten. versum 5. *πρὶν ἵκναι ἢ σὺ δ' ὅθ' ὁ Μήδης ἀφίκετο;* ad superiorem Medorum expeditionem Harpago duce adversus Græcos Asiam incolentes susceptam, non ad eam spectare intellexit quæ Dario vel Xerxe regnante in Græciam esset facta. Interpretes tamen, qui, ut Timæus, de posteriori invasione cogitarunt, Xenophanis quoque florem inferiori temporis assignare oportebat. Hoc saltem pro certo statuendum, Xenophanem, Anaximandri, Pythagoræ, Anaereontis fere æqualem⁶⁾, minimum ad annum ætatis nonagesimum secundum⁷⁾ et ulterius quoque provecutum esse, quandoquidem vere tradidit Censorinus D. N. 15. Xenophanem Colophonium maiorem centum annorum fuisse: ita ut poetæ ætas inde ab Olympiade XXXX ad Olympiadem circiter LXVII perrexisse videatur.

Xenophanes adolescens viginti quinque annorum carmen quoddam sive aliud ingenii monumentum (*φροντίδα*) condidisse censendus est, id quod ipse de se prædicat fragm. 7. Atque nescio an eodem fere tempore Colophonem patriam exsul reliquerit (*ἐπεσὼν τῆς πατρίδος*, ut Diogenes Laert. VIII, 18 memoria prodidit) atque plures Græciæ civitates perlustraverit, quibus ipse carmina sua publice recitaret, recitaret autem simpliciter non adhibita musica modulatione⁸⁾. Eundem annis iam proveciorem Veliam, coloniam a Phocænsibus in Italiam deductam, sedem sibi delegisse probabiliter suspicatus est Karstenus p. 15, propterea quod ab omnibus uno ore Eleaticæ disciplinæ auctor prædicaretur. Atque hæc ipsa disciplina in caussa fuisse videtur ut Xenophanis fere octogenarii gloria demum circa Olympiadem LX per Græciam celebraretur⁹⁾.

Iam Xenophanes duo potissimum carminum genera excoluit, epicum atque elegiacum (nam quod vulgo additur iambicum in controversiam vocatur), quorum hodieque supersunt reliquiae, quæ

4) Diogenes Laert. VIII, 28. *Ξενοφάνης Δεξιού ἢ, ὡς Ἀπολλόδωρος, Ὀρθομένους, Κολοφώνιος.* cf. Karsten ad Xenophanis reliquias p. 1. not. 1.

5) Clemens Alexandr. Strom. I p. 130 C. *τῆς δὲ Ἑλεατικῆς ἀγωγῆς Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος κατέχευε, ὃν φησι Τιμαῖος κατὰ Ἱέρωνα τὸν Σικελίας δυνάστην καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν γεγονέναι, Ἀπολλόδωρος δὲ κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα γενόμενον παρατετακέναι [τὸν βίον] ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κέρου χρόνων.* Extremo hoc loco nomen *Δαρείου* aut temere in ordinem irrepsit significante Origine T. I philosoph. c. 14. *οὗτος ὥς Κέρου διέμεινε*, aut invertendus est ordo in Clementis editionibus receptus: *ἄχρι τῶν Κέρου τε καὶ Δαρείου χρόνων*, Menagio ad Diogenem Laert. VIII, 20 et Goellero ad Timæi fragm. 64 conicientibus. Ad Apollodori partes proxime accedit Sotion apud Diogen. VIII, 18 Xenophanem eadem ætate vixisse narrans atque Anaximandrum, quem Olymp. 42 natum esse discis ex Clintonis fastis Hell. p. 7 Sextus Emp. adv. Mathem. I, 12, 257. *Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐγένετο περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα.*

6) Vid. Theologumena arithm. p. 40 ed. Boeckh. cf. Xenophanis fragm. 6.

7) Vid. Xenophanis fragm. 7.

8) Diogenes I. c. *αὐτὸς ἐξήκωφει τὰ ἑαυτοῦ.* cf. Athen. XIII, 32 p. 652 D. *Ξενοφάνης δὲ καὶ Σόλων καὶ Θέοφρων καὶ Φωκλίδης — καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ προσέγοντες πρὸς τὰ ποιήματα μελωδίαν ἐκποιοῦσι τοὺς στίχους τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων καὶ σκοποῦσιν ὅπως αὐτῶν μηδεὶς ἀκέφαλος ἔσται μήτε λαγυρὸς μήτε μείνονος.*

9) Diogenes VIII, 20, *ἤμαρτε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα.* cf. Karsten. I, c. p. 4.

quidem omnes ethicam quandam sive didacticam præ se ferunt speciem atque salutari potius consilio quam suavi delectatione hominum animos excolere student. Sic philosophus meditatione subnixus, non qui nascitur poeta¹⁰⁾ versibus impariter iunctis modo temperantiam in epulis adhibendam atque candidam decorum venerationem commendat, modo ludos publicos atque præmia victoribus constituta sapientiæ studio longe inferiora esse ostendit, modo civium suorum luxuriam atque superbiam vividioribus pingit coloribus. Ac licet morum præceptis abundasse censenda sit omnis poesis Xenophanea, hoc tamen non obstat quo minus fragmenta 1 et 2, fortasse etiam 3 ad symposiacam elegiam referamus. Nimirum Athenæus XI, 7 ipse significat Xenophanem distichis descripsisse convivium omnis lætitiæ plenum idemque et priscis et integris moribus consentaneum, quale oppositum esset corruptis ac dissolutis Colophoniorum libidinibus. Quare altero quodam disticho antiquum conviviorum morem commendavit, ut primum aqua, deinde vinum poculo infunderetur (fragm. 2). Quod sequitur tetrastichium (fragm. 5) an identidem ex symposiaca elegia excerptum sit parum liquet, quanquam in promptu est cogitare de ioco quodam conviviali qualem suppeditare potuerunt epulæ ἀπὸ συμβολῆς sive ἔρνος Homericus (Odys. I, 226. XI, 415).

Quantopere Xenophanes sapientiæ studium, quod in libris περὶ φύσεως potissimum amplexus erat, elegiacis quoque carminibus excoluerit idque vel celebratissimis Græcorum certaminibus præferendum esse censuerit cognoscas ex fragmento 4, quod quidem argumentum uberius etiam tractasse poetam Karstenus probabiliter collegit ex iis quæ Athenæus post servata disticha addidit verbis: πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ὁ Ξενοφάνης κατὰ τὴν ἐαυτοῦ σοφίαν ἐπαγωνίζεται διαβάλλων ὡς ἄχρηστον καὶ ἀλυσίτελές τὸ τῆς ἀθλήσεως εἶδος. Neque vulgi tantum, ut Colophoniorum (fragm. 5), insolentem vanitatem acriter increpuit, sed philosophorum quoque sententias quasdam¹¹⁾, certe Pythagoræ μετεμψύχωσιν (fragm. 6) oblique perstrinxit. Duo denique supersunt disticha quæ Xenophanes iam nonagenarius composuit ad carmen nescio quod, fortasse unum ex elegiacis vel plurium elegiarum florilegium modo collectum atque in unum quoddam corpus redactum, ante septem et sexaginta annos iam editum vel potius recitatum, civibus suis denuo commendandum (fragm. 7).

Præter pentametrum quem recepinus (fragm. 8) aliquot hexametri supersunt, qui utrum ad epicum an ad elegiacum genus referendi sint non satis manifestum est. Sic Herodianus περὶ μογῆρους λέξεως p. 50 ed. Dindorf. Xenophanis hexametrum laudat:

καὶ μὲν ἐνὶ σπεῖατ' ἐσσι τεοῖς καταλείβεται ὕδωρ.

Schol. in Homeri Iliad. p. 504 (cf. p. 529) ed. Bekker. ὑπερίονα δὲ νομιστέον αὐτὸν τὸν ὑπεριέμενον αἰὲ τῆς γῆς, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος φησιν·

ἡ ἑλῖος θ' ὑπεριέμενος γαῖαν τ' ἐπιθάλλων.

¹⁰⁾ cf. Ciceronis Acad. III, 23, 74. annot. ad Xenophanis fragm. 1, 13.

¹¹⁾ Huc respicere videtur Schol. ad Hesiodi Ἔργα 284. ὅπου γε καὶ Ξενοφάνης διὰ δὴ τινα πρὸς τοὺς κατ' αὐτὸν φιλοσόφους καὶ ποιητὰς μικροψυχίαν ἄλλους ἀτόπους ἐκθεῖναι λέγεται κατὰ πάντων φιλοσόφων καὶ ποιητῶν.

Quos denique Draco Strat. p. 55 systolarum causa ex Xenophanis carminibus excerpit hexametros:

ἐξ ἀρχῆς καὶ Ὀμηρον, ἐπεὶ μεμαθήκασιν πάντες,

καὶ πάλιν ἐν τῷδε τῷ ἔπει·

ὅπποσα δὲ θνητοῖσι πεφήνασιν εἰσορᾶσθαι·

horum prior quidem ad eodum versus spectat quibus Xenophanes Homerum et Hesiodum impietatis accusavit¹²): unde præterea excerptus esse videtur quem Schol. ad Aristophanis Equit. 406 laudat ἐν σίλλοις et Lobeckius Aglaopham. I p. 508 restituit hexameter:

ἑστᾶσιν δ' ἐλατῶν πυκίνοι περὶ δώματα βάχχοι.

Nam σῖλλοι propter argumenti aculeos atque mordacitatem tales versus vocabantur, id quod innuit Schol. ad Iliad. II, 212. p. 62. ἤδη δὲ οὐ Ξενοφάνει ἀλλ' Ὀμήρῳ πρώτῳ σῖλλοι πεποιήνται, ἐν οἷς αὐτὸν τε τὸν Θεοσίτην σιλλαίνει καὶ ὁ Θεοσίτης τοὺς ἀρίστους. Quod moneo ne cogites de iustis quales Timonis Philasii fuerunt sillis.

Reliquum est ut de forma Xenophanis elegiarum qualis fuisse videatur paucis disseramus. Iam Welckerus ad Simonidis Amorgini iambos p. 8 sagaciter laud dubie sed nescio an non identidem vere coniecit Xenophanis opus a Diogene VIII, 20 laudatum Κολοσῶνος κτίσιν καὶ τὸν εἰς Ἑλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸν, fuisse elegiacum ad idemque poema referendum quod apud eundem Diogenem legitur VIII, 36. Ξενοφάνης ἐν ἐλεγείᾳ προσημαρτυρεῖ, ἣς ἡ ἀρχή·

Νῦν οὖν ἄλλον ἔπειμι λόγον, δεῖξω δὲ κέλευθον.

Habes, inquit, alterius partis de colonia abducta agentis initium, unde priorem quoque partem, i. e. Κολοσῶνος κτίσιν, distichis scriptam fuisse appareat. Welckero igitur versus laudatus transitum indicare videtur quem poeta fecerit a priori carminis parte ad τὸν εἰς Ἑλέαν τῆς Ἰταλίας ἀποικισμὸν. Sed vir acutissimus parum attente secum perpendit verba a Diogene subiuncta, ἔπη δις χίλια, quibus haud dubie continui potius hexametri heroici quam disticha elegiaca denotantur. Neque crediderim Diogenem dimidiam poematis partem ex mille fere versibus constantem dixisse ἐλεγίαν, quæ eclogam sive εἰδύλλιον quoddam minoris spatii, non ampliorem librum plus centum vel ducentos versus complectentem designat. Quam ob rem probabilius est Xenophanis elegiarum florilegium exstitisse, cuius tamen dissoluta membra aptis transitibus inter se cohæsisse videntur, quemadmodum versus laudatus

Νῦν οὖν ἄλλον ἔπειμι λόγον, δεῖξω δὲ κέλευθον,

transitum fecisse putandus est ab elegia nescio qua ad eam qua poeta de Pythagoræ quibusdam sententiis disputavit. Similem fere, sed paullo artificiosiore transitum animadvertes in elegia quæ incipit ab hexametro:

Νῦν γὰρ δὴ ζάπεδον καθαρὸν καὶ χεῖρες ἀπάντων κ. τ. λ.

In THEOGNIDIS disticha symposiaca, tum quæ secrevit iam Welckerus p. 50 sqq. et Osannus p. 56 sqq. tum quæ insuper ex farragine Theognidea huc spectare videantur, alio eoque commo-

¹²) Vid. Karsten, I. c. p. 43 sq.

diori loco aliquando inquiremus. SIMONIDIS frustulum elegiæ convivalis nuper iam tractavimus de lugubri Græcorum elegia Spec. II p. 8. 16.

Sequitur ION CHIVS, Orthomenis filius, qui quo anno natus sit nemo scriptorum veterum memoriæ prodidit. Attamen pro certo statuendum eum admodum adolescentem (παντάπασι μειράκιον) Chio Athenas transvectum una cum Cimone apud Laomedontem cœnasse¹³⁾ atque Olympiade LXXXII primam fabulam Athenis docuisse¹⁴⁾, eundemque laud ita pridem e vita decessisse, quum Olympiadis LXXXX anno altero Aristophanis Pax in scena ageretur¹⁵⁾. Atque Athenæus I p. 3 F. quum tradat Ionem Chium Athénis in tragœdiarum certamine victoriam adeptum singulis Atheniensibus Χίον κεράμιον dedisse, aut per se iam intelligendum est vinum Chium testa conditum, aut ad Casanboni coniecturam refugiendum Χίον (sc. οἶνον) κεράμιον¹⁶⁾, vini Chii plenum fictile, propterea quod sigulina Athenas ex Chio asportare idem esset atque noctuam Athenas. Hæc interpretatio egregie confirmatur scholio V. in Aristophanis editione ab Im. Bekkero parata ad Pacem v. 301. p. 215. ubi verbis: φασὶ δὲ αὐτὸν ὁμοῦ διθύραμβον καὶ τραγωδίαν ἀγωνισάμενον Ἀθήνῃσι καὶ νικήσαντα ἐκάστῳ τῶν Ἀθηναίων δοῦναι Χίον κεράμιον. præterea hæc adduntur: ἐν τῇ Ἀττικῇ νικῆσαι καὶ εὐνοίας χάριν προῖκα Χίον οἶνον πέμψαι Ἀθηναίοις. Quod quidem vinum inclusum fuisse fictilibus Athenæi et scholiastæ loci secum comparati luce clarius ostendunt.

Atque ut mittamus dramata, odas, dithyrambos, hymnos, quos denique pedestri oratione libros conscripsit Ion, in eiusdem poetæ elegias accuratius inquirendum est, qui quum Bacchum invocaverit hocce disticho:

χαῖρε, δίδου δ' αἰῶνα, καλῶν ἐπιήρανε ἔργων,

πίνειν καὶ παίζειν καὶ τὰ δίκαια φρονεῖν

convivalem potissimum elegiarum indolem atque naturam expressisse videtur. Quare Nieberdingius p. 9 probabiliter observavit hæc duo, τὸ πίνειν καὶ τὸ παίζειν, omnia carmina atque adeo scripta Ionis resonare hisque rebus animum eius fuisse occupatum. Atque τὸ παίζειν præter iocos qualescunque ad amorem quoque esse referendum declarat non solum distichum quo symposiaca elegia concluditur:

ὄντινα δ' εὐειδῆς μίμνει θήλεια πάρευνος,

κεῖνος τῶν ἄλλων ἀδρότερον πίεται

sed testis est etiam Athenæus X p. 456. F. Βάτων δ' ὁ Σινωπεὺς ἐν τοῖς περὶ Ἰωνος τοῦ ποιητοῦ φιλοπότην φησὶ γενέσθαι καὶ ἐρωτικώτατον τὸν Ἴωνα. καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τοῖς ἐλεγείοις ἐρᾶν μὲν ὁμολογεῖ Χρυσίλλης τῆς Κορινθίας, Τέλεον δὲ θυματρός, ἧς καὶ Περικλέα

¹³⁾ Plutarchi Cim. c. 9.

¹⁴⁾ Schol. ad Aristophan. Pac. 801. cf. Clintoni fasti Hell. p. 51. G. Nieberding de Ione Chio (Lipsiæ 1836. 8.) p. 1 sq.

¹⁵⁾ Clinton l. c. p. 79.

¹⁶⁾ Vid. Athen. I, 59. p. 32 F.

τὸν Ὀλύμπιον ἐρᾶν φησὶ Τηλεκλείδης. Præter hunc locum eroticarum quidem elegiarum fragmenta hodie desiderantur, ita ut in medio relinquatur utrum poeta amorem separatim an una cum vino atque convivii celebraverit. Poetam vero, qui κατ' ἐξοχὴν φιλοπότης appellatur¹⁷), præcipuam suam in symposiacis elegiis exposuisse virtutem quum ipsa ratio demonstret tum elegiarum reliquæ ante oculos ponunt. Sic Athenæus X, 68 integram pæne, ut videtur, servavit Ionis elegiam (fragm. 1) qua Liber pater, vitium ortus, incrementa, vindemiæ omnisque vini virtus ac natura celebrantur. Iam Athenæus, qui dixit: τῷ δ' ἡμετέρῳ χορῷ (sic emendandum pro vulg. χρόνῳ) οἶνος φίλος ὦν θυρσοφόροις, μέγα πρεσβέων Διόνυσος, φησὶν Ἴων ὁ Χῖος ἐν τοῖς ἐλεγείοις· αὕτη γὰρ κ. τ. λ. haud dubie sua et Ionis verba conglutinavit: Ioni vindicamus penthemimerim pentametri ἡμετέρῳ δὲ χορῷ atque hexametrum a Casaubono iam in integrum restitutum: θυρσοφόροισι φίλος μέγα πρεσβέων Διόνυσος, ita ut vocabulum οἶνος ab Athenæo explicandi causa additum esse videatur. Quæ quum parum considerasset Osannus l. c. p. 72. hanc elegiam, evidenter ἀκέφαλον, plane integram esse iudicavit. Integram vero elegiam idem Athenæus XI, 8 servasse videtur, quippe cui nihil desit quod iure desideres. Et quoniam in extremo disticho totius elegiæ cardo vertitur, habes carmen quo poeta convivium nuptiale celebrasse putandus est idque Spartæ apparatus, quandoquidem Hercules atque Procles regum Spartanorum auctores fuerunt et Alcmena Herculis mater, ab Electryone Persei filio oriunda. Iacobsio tamen heroes quibus poeta libari vult rem Argis agi significare videntur. «Ibi enim, inquit, Hercules, Alcmena et Persei progenies præcipuo honore colebantur. Quis ille Procles sit ignoro equidem; cogites de Procle Heraclida, cuius progenies Spartæ regnavit.» Sed ipse hic Procles in causa est cur omnino rem Spartæ potius quam Argis aut alibi actam esse augnemur.

Præter fragmenta 3 et 4 Osannus p. 78 symposiaco elegiarum generi vindicavit locum Athenæi XI, 56 p. 478 B. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ [χοτύλου] καὶ Ἴων ὁ Χῖος κότυλον οἶνον πλέων λέγων, quanquam Ionis verba nullum prorsus traxerunt colorem elegiacum sive dactylicum: quare ad iambicum genus spectare videntur atque ad fabulam potius nescio quam referenda et sic describenda:

— — — — — κότυλον οἶνον πλέων.

Quo tamen iure Nieberdingius p. 49 hoc fragmentum ex Omphala manasse hariolatus sit parum assequor. Toto denique cælo erravit Osannus quod verbum θίασος in Photii Lexico p. 92 ed. Cantabrig. Ioni adscriptum ad elegias reiecit: immo ex Omphala fabula satyrica repetitum auctore Harpocrate p. 148. θίασος — ἐστὶ τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ τελέτῃ καὶ τιμῇ θεῶν. — Ἴων δὲ ἐν Ὀμηρίᾳ κοινῶς ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος ἔταξε τοῦνομα.

Utum tetrastichium (fragm. 5) quo poeta fidium incrementa commemorat ad symposiacum (quandoquidem musica ars perpetua poeticæ comes a conviviiis qualia Græcorum fuerunt nequaquam

¹⁷) Suffragatur Aelianus V. H. II, 41. Ἴωνα δὲ τὸν Χῖον τὸν ποιητὴν καὶ αὐτὸν φασὶ περὶ τὸν οἶνον ἀκρατῶς ἔχειν

aliena) an ad aliam elegiarum speciem referendum sit hodie non licet ad liquidum perducere: vix autem Nieberdingius mihi persuadebit carmen illud inscriptum fuisse *δεκάχορδος λύρα*, propterea quod verba *ἐν δεκάχορδῳ*, quibus explicandi gratia solus Bryennius addidit *λύρα*, non titulum carminis exhibent, sed una cum subsequenti tetrametro integrum efficiunt hexametrum dactylicum.

Qua denique elegia Ion Pherecydis atque Pythagoræ laudes persequutus sit parum liquet. Manifesto autem errore deceptus est Nieberdingius qui p. 15 cogitavit de epigrammate in Pherecydem conscripto, quam tamen sententiam postea ipse mutasse videtur, quippe qui p. 74 recte animadverterit duo quæ supersunt disticha (fragm. 6) postremam tantum carminis partem esse, non carmen ipsum, atque in iis quæ antecesserunt poetam virtutes Pherecydis laudibus extulisse atque celebrasse, quæ deinde hacce concluduntur sententia: Ita hic quidem vir ornatus et virtute et modestia, etiam postquam mortuus est, lætam animo degit vitam, si quidem Pythagoras omnium hominum sapientissimus ille vere sententias (sc. philosophicas) intellexit et edoctus fuit.

Ionem excipit **EVENVS PARIVS**, quem Olympiadis LXXXII anno tertio una cum Empedocle et Parmenide floruisse testatur Eusebius¹⁸⁾. Iam Eratosthenes in libro de Chronographiis duos Euenos poetas elegiacos eosque Parios fuisse tradidit apud Harpocrationem p. 77 v. *Εὐηνός* — *δύο ἀναγράφουσιν Εὐηνούς ἐλεγείων ποιητὰς ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῇ περὶ χρονολογιῶν ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι γνωρίζεσθαι δέ γησι τὸν νεώτερον μόνον. μέμνηται δὲ Πατέρου αὐτῶν καὶ Πλάτων.* Plato autem in Apologia Socratis p. 20 B. **Euenum Parium** sophistam quinque minarum pretio virtutem humanam atque civilem docuisse ait eundemque vocat poetam in Phædro p. 267 A. cf. Heindorf. ad Phædon. p. 60 D. Harpocrationis locum si quis cum Eusebii ratione contulerit, facile in animum sibi induxerit **Euenum** Empedoclis et Parmenidis æqualem distinguendum esse ab eo qui Socratis fuit æqualis quemque Eratosthenes solum clarum fuisse ait. Clarior autem est factus ob ipsam eius in Platonis operibus mentionem, quandoquidem uterque Euenus per se poeta satis mediocris fuisse videtur.

Sed iam altera exoritur quæstio, utri Eueno assignandæ sint quæ hodie sub eo nomine servantur particulae elegiacæ, quæ tamen quæstio in medio versabitur usque dum nova aperta fuerint rerum monumenta. Perinde incompertum habemus num ad alterutrum Parium au ad tertium quendam sive quartum **Euenum**¹⁹⁾ referenda sint τὰ εἰς *Εὐνομον* ἐρωτικά apud Artemidorum I, 4. quæ

¹⁸⁾ Chronico p. 54 ed. Scalig. *Εὐηνός ἐλεγείας ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης φυσικοὶ φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο.* — Nomen poetæ in codicibus modo ὀξυτόνως modo προπαροξεντόνως scribitur. Im. Bekkerus in Platonis editione constanter scripsit *Εὐηνός*, in Aristotelis Vol. II p. 1015a, 29. 1223a, 31. *Εὐηνός*, et Gœttingius de accentu Græco p. 200 falsam esse iudicavit vocalationem *Εὐηνός*, ad eandem tamen tacite rediit in indice p. 412 coll. 420. Iam vero analogia nominum *Σειληνός*, *Ἀκασηνός*, gentilium *Ἀβασηνός*, *Ἀβυδηνός*, *Βοτρυηνός*, *Τρυσηνός* κ. τ. λ. (vid. Gœtting. l. c. p. 198) perducit ad scripturam *Εὐηνός*, quam suppeditat etiam Theognostus in Crameri anecd. II p. 67, 84. ex antiquiorum videlicet grammaticorum commentariis repetitam. Sic *Εὐηνός* idem fere valet quod *Καλλίνος* et *Ἀγαθίνος*. cf. Gœtting. p. 200 sq. Atqui nescio an *Εὐηνός* hominis nomen accentu distinguendum sit a nomine fluvii *Εὐηνός*, de quo vid. Popponis prolegg. ad Thucyd. II p. 160.

¹⁹⁾ Vid. Iacobsii animadv. ad Anth. Græc. Vol. III. P. 3 p. 893. sq.

Arrianus ad Epictet. III, 9 respexisse videtur: ἀντὶ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος Ἀριστείδην ἀναγινώσκεις καὶ Εὐηρόν.

Vtut est, elegiarum reliquæ ethicam quandam præ se ferunt speciem, qualis apparet etiam in tribus distichis συμποτικοῖς a Iacobsio iam pro elegiæ particula habitis (fragm. 1). Convivialia sunt etiam quinque disticha (fragm. 2) in Theognidis farragine (v. 469 — 476) latentia. Nimirum Aristoteles Metaphys. III, 5. p. 1015 ed. Bekker. τὸ γὰρ βίαιον ἀναγκαῖον λέγεται, διὸ καὶ λυπηρόν, ὥσπερ καὶ Εὐηρός φησι „Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφϋ.“ Eth. Eudem. II, 7. p. 1223. τὸ δὲ βίαιον λυπηρόν καὶ πᾶν ὃ ἀναγκαζόμενοι ποιοῦσιν ἢ πάσχουσιν, ὥσπερ καὶ Εὐηρός φησι „Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφϋ.“ Denique Plutarchus ὅτι οὐδὲ ξῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον cap. 21. Ἐπίκουρος οἶεται — μὴ φθονεῖν μηδ' ἀπεχθάνεσθαι τοῖς πολλοῖς οἷς χαίρουσιν ἕτεροι πράττοντες, αὐτοὶ δυσχεραίνοντες. Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφϋ, κατὰ τὸν Εὐηρόν. At quoniam Aristoteles Rhet. I, 11. p. 1370 eundem pentametrum suppresso poetæ nomine laudavit, Welckerus ad Theognid. p. 141 hanc sententiam proverbialem fuisse censet. Concedimus sane illum pentametrum paullatim in proverbii consuetudinem abisse²⁰⁾, ipsius vero auctorem fuisse Euenum duplici eoque gravissimo Aristotelis testimonio usque atque usque contendimus. Iam vero constat inter philologos, id quod Welckerus et ipse haud abnuvit, Theognidis quæ ad nostram ætatem pervenerunt distichorum collectionem plura aliorum poetarum complecti fragmenta, Tyrtaei, Mimnermi, Solonis. Et sicut tria disticha quæ Theognideis inserta sunt inde a versu 227 usque ad 231 Aristotele potissimum auctore Polit. I, 8. p. 1256^b, 33. ed. Bekker. unum versum afferente Soloni vindicantur (cf. Solonis carm. p. 19 sq. 30.), ita eodem Aristotele fidissimo auctore pentastichium illud Eueno reddidimus, quod integrum quoddam efficit εἰδύλλιον συμποτικόν. Poeta enim Simonidem nescio quem, qui convivium apparasse videtur, adhortatur ne quem invitum retineret neve foras exire iuberet neve dormientem suscicaret neve vigilantem ad somnum invitaret, sed ut ei qui bibere vellet puer adstaret qui poculum infunderet: quod quidem dictum convivale extremo disticho ita prætexitur ut poeta ipse suam animi voluntatem expressisse censendus sit. Neque tamen reliqua quæ inde a versu 477 apud Theognidem cum præcedentibus coniunguntur identidem Eueno tribuenda esse disticha testantur Athenæus X, 32 p. 428 C et Stobæus Florileg. XVIII, 14. p. 164 uno ore ea Theognidi adscribentes.

Vtrum tria disticha (fragm. 3) quibus commendatur vetus illud proverbium: σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε· ex symposiaca elegia deprompta sint an omnino ad ethicum elegiarum genus spectent vix ad liquidum perducī poterit: inest autem gnomicus quidam color, qualis neque ab iustis conviviis alienus esse debet. Ad ethicas elegias procul dubio referenda sunt fragmenta 4. 5. 6. 7. Gu. Ern. Weberus interpret. poetarum eleg. p. 253 Eueni elegiis vindicavit etiam pentametrum a Plutarcho de amore prolis c. 4 laudatum: ὥστε ἐπαινέσθαι καὶ μνημονεύεσθαι τοῦ Εὐηροῦ τοῦτο μόνον, ὡς ἐπéγραψεν.

²⁰⁾ Sic alter pentameter a Plutarcho de amore prolis c. 4 Eueno adscriptus: ἡ δέος ἡ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον ab Artemidoro I, 15 sine poetæ nomine tanquam λόγος παλαιός laudatur.

ἡ δέος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον.²¹⁾

Sed verbum quo usus est Plutarchus ἐπέγραψεν satis prodit hunc versiculum ex epigrammate esse decerptum²²⁾.

Scriptorum convivalis elegiae chorum claudit **DIONYSIUS ATHENIENSIS**²³⁾, ὁ Χαλκοῦς appellatus διὰ τὸ συγβουλεύσαι Ἀθηναίους χολῇ νομίσματι χρήσασθαι²⁴⁾, quem floruisse Olympiadis **LXXXIII** anno primo, quo Athenienses coloniam Thurios deduxerunt²⁵⁾, memoriae prodidit Plutarchus Niciae vita c. 5. Ἰέρων ἦν, ἀνὴρ τεθραμμένος ἐπὶ τῆς οἰκίας τοῦ Νικίου περὶ τε γράμματα καὶ μουσικὴν ἐξησκημένος ὑπ' αὐτοῦ, προσποιούμενος δ' υἱὸς εἶναι Διονυσίου τοῦ Χαλκοῦ προσαγορευθέντος, οὐ καὶ ποιήματα σῶζεται καὶ τῆς εἰς Ἰταλίαν ἀποικίας ἡγεμὼν γενόμενος ἔκτισε Θουρίους· verba enim postrema καὶ — ἔκτισε Θουρίους supplendo nominativo καὶ ὧς²⁶⁾ ad Dionysium, non ad Hieronem esse referenda quum ipsius sententiae tenor demonstrat²⁷⁾ tum Bæckhius iam perspexit atque Photius Lex. p. 95 edocet: τὴν γὰρ εἰς Σίβαριν²⁸⁾ ἀποικίαν οἱ μὲν Λάμπωνι ἀνατιθέασιν, οἱ δὲ Ξενοκρίτῳ, οἱ δὲ τῷ Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ κ. τ. λ. Vnde intelliges alios scriptores alium illius coloniae ducem statuuisse, Plutarchum vero ex eorum partibus stetisse qui inclinaverunt ad Διονύσιον τὸν Χαλκοῦν, cuius loco apud Photium temere scribitur Χαλκιδεῖ, utique mutandum in Χαλκῷ.

Iam Dionysius, qui floruit circa medium fere saeculum quintum ante Christum natum, non solum orationes vel unam saltem orationem, qua Atheniensibus suaserat ut aeneo numismate uterentur²⁹⁾ in foro habuit, sed elegias quoque scripsit easque pro reliquiarum condicione symposiacas, in quibus condendis a consuetudine institutoque maiorum ita deflexit ut, etiamsi non omnes, aliquot tamen elegias a pentametro inciperet teste Athenæo **XIII, 78. p. 602 C.** ubi Apollo Delphicus oraculum quoddam edidisse narratur προτάξας τοῦ εξαμέτρου τὸ πεντάμετρον, καθάπερ ὕστερον καὶ Διονύσιος ὁ Ἀθηναῖος ἐποίησε ὁ ἐπιζηθείς Χαλκοῦς ἐν τοῖς ἐλεγείοις. Atque ex elegiis quæ hodie supersunt unam saltem eamque integram ita comparatam esse verissime ostendit Osannus l. c. p. 87, qui in metricam talium elegiarum formam hoc insuper sagaciter animadvertit, Dionysii eclogas elegiacas a pentametro profectas in eundem pentametrum desisse, nunquam desisse in hexametrum. Sic quod proœmii instar iustis finibus inclusum esse videtur idyllium primum unde est orsum eodem terminatur pentametro, quemadmodum amphibrachys in scoliis præcipue adhibi-

²¹⁾ Emendavit Wyttenbachius ex cod. Med. Artemidori l. 15. Vulg. apud Plutarch. ἴδε ὅση λύπη κ. τ. λ. cf. Reiff ad Artemidor. p. 28.

²²⁾ cf. de lugubri Græcorum elegia Spec. I p. 6. — ²³⁾ Vid. Athenæi **XIII, 78. p. 602. C.**

²⁴⁾ Vid. Athenæi **XV, 9 p. 669 D.** cf. Bæckh. Staatshaush. der Athener II p. 136.

²⁵⁾ Vid. Th. Væmelii progr. quo anno Thurii conditi sint. Francof. 1833 4.

²⁶⁾ Similiter Plato Theag. p. 126 B. οἷς εἰσὶ τε ἴπποι, καὶ χοῶνται ἐκίστοτε καὶ οἰκίαις καὶ ἀλλοτρίοις πολλοῖς.

²⁷⁾ Nam filium orationis sententia relativa et paullo liberiore structura interruptum rursus excipitur verbis: οὗτος οὖν ὁ Ἰέρων κ. τ. λ. Sin autem idem Hiero subiectum esset verbi quod proxime præcedit ἔκτισε, non opus erat repetitione ipsius nominis, qua tamen aegre carebis, quum verbi ἔκτισε subiectum fuerit Dionysius, Hieronis qui perhibetur pater. Itaque post Θουρίους colon ponendum est apud Plutarchum, non punctum, ut vulgo.

²⁸⁾ Hoc enim nomen fuit civitatis ante coloniam ab Atheniensibus deductam. Vid. Væmel l. c. p. 4 sq.

²⁹⁾ Athenæi **XV, 9 p. 669 E.** ubi ex verbis: καὶ τὸν λόγον τοῦτον ἀνέγραψε Καλλίμαχος ἐν τῇ τῶν ῥητορικῶν ἀπογραφῇ, iure meritoque colligitur orationem illam genere suo fuisse insignem.

tus³⁰⁾ unde inchoatur eadem concluditur syllaba brevi. Quam ob rem vero haud ita dissimile est Dionysium singularem elegiarum formam ad scolorum poesim ita accommodasse ut eandem fere quam amphibrachys pes induit naturam quodammodo in versibus ipsis integræ elegiæ imprimere eo-que modo elegidia symposiaca scolorum instar tanquam in orbem torquere conaretur.

Sicut metricam elegiarum rationem iusto artificiosiore, ita sententias quoque et ipsa verba quasi calamistris iussit Dionysius renitente natura atque invita Minerva, id quod vituperavit iam Aristoteles Rhet. III, 2 p. 1405^a ed. Bekker. ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς συλλαβαῖς ἀμαρτία, εἰ μὴ ἡδείας ἢ σημεῖα φωνῆς, οἷον Διονύσιος προσαγορεύει ὁ Χαλκοῦς ἐν τοῖς ἐλεγείοις κραυγὴν Καλλιόπης τὴν ποίησιν, ὅτι ἄμφω φωναί· φωνὴ δὲ ἡ μεταφορὰ ταῖς ἀσήμεοις φωναῖς. In quem locum Maioragius ita animadvertit: «Magna diligentia adhibenda est in transferendo, quoniam non tantum in rebus peccatur sed etiam in verbis atque adeo in syllabis ipsis ac sono verborum, si voces quæ transferuntur syllabas habent insuaves atque asperas, et res ipsa incundas ac suaves requirat. Tunc enim syllabæ sonique incundæ vocis signa esse non possunt, in quod vitium incidit Dionysius. Is enim in suis elegiis poesim appellavit κραυγὴν Καλλιόπης, i. e. stridorem Calliopes. Quamvis enim ambæ voces sint, hoc est, et poesis et stridor, tamen hæc metaphora vituperanda est quæ fit in voce aspera nihilque significante; nam stridor aspera vox est nihilque significat præter inanem quendam et odiosum strepitum: at poesis vocem habet incundam, suavem, amabilem et bene significantem; itaque non stridor aut clangor aut strepitus, sed cantus aut oda aut harmonia Musarum vox est appellanda.» Neque solum asperitas soni sed ipsa metaphora magnopere est reprehendenda, cui plus minus similes hodieque in exiguis Dionysii reliquiis cumulantur atque subinde ad nauseam pæne repetuntur, ut προπινομένη παίησις, αἰοιδὰς ἀντιπροπίνειν, κώρυκον (pro κοτταβεῖον), ὕμνους οἶνοχοεῖν, εἰρεσὶν γλώσσης Διονύσου, ἐρέται Μουσῶν, κυλίκων, συμποσίου ναῦται. Quare Dionysius invita pæne Minerva ad poeticam artem accessisse statuendus est.

Ipsa autem Dionysii carmina elegiaca maximam partem minoris fuisse ambitus eaque tanquam flores coronæ innexa haud improbabiliiter suspicatus est Osannus, quandoquidem quinque versiculis ab Athenæo servatis (fragm. 1) integrum elegidion conclusum esse videtur, quo tanquam proœmio Dionysius totum symposiacarum elegiarum anthologium Theodoro cuidam, ipsius haud dubie amico et compotori, delicasse censendus est: Ὡ Θεόδωρε, δέχου τήνδε προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμοῦ ποίησιν. Quod secundo loco exhibuimus fragmentum, quod identidem initium elegiæ esse videtur, ab eodem Athenæo XV, 8 servatum est, omisso tamen poetæ nomine; sed quoniam paullo superius duo Dionysii fragmenta laudantur et posterius quidem his verbis: ἐκ τῶν αὐτῶν ἐλεγείων, etiam id quod tertio loco ita affertur: καὶ αὐτὸς δ' ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν μεμνημένος τινῶν ἐρῶ, Dionysio vindicandum est: quo quidem fragmento post alios (ut videtur) lusns iocosque symposiacos cottahum proponit tertium instituendum sociosque quomodo lusum rite aggredierentur edocet. Fragmento 4 vinum nescio quod vetustum et peregrinum illustri laude celebratur idemque metaphora nimis audaci vocatur ἀρχαῖος τηλεδαπὸς τε φίλος, quam qua versu 5 eloquentiæ carminumque amici appellantur Μουσῶν ἐρέται, fragm. 5, 2 compotores συμποσίου ναῦται καὶ κυλίκων ἐρέται. Fragmenta 6 & 7 e symposiacisne elegiis decerpta sint ipsorum argumentum haud satis declarat.

³⁰⁾ Vid. Vlrici hist. poesis Græcæ II p. 381.

ΕΛΕΓΕΙΩΝ ΣΥΜΠΟΣΙΑΚΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ.

1.

Athenæus **XI**, 8 p. 463. **A.** καὶ ὁ χαρίεις δ' **ΑΝΑΚΡΕΩΝ** φησίν·

Οὐ φιλέω δὲ κρητῆρι παρὰ πλέω οἰνοποτάζων

νείκεα καὶ πόλεμον δακρυόεντα λέγει,

ἀλλ' ὅστις Μουσέων τε καὶ ἀγλαὰ δῶρ' Ἀφροδίτης

συμμίσγων ἐρατῆς μνήσκεται εὐφροσύνης.

V. 1. φιλέω δὲ, hanc scripturam ex cod. **C.** recepimus cum **Dindorfio** et **Bergkio**: nimium *φιλέω* per synizesin duabus tantum syllabis pronuntiandum (velut **v. 3.** *Μουσέων*), atque ultima quæ hunc prodit syllaba *ω* propter sequentem vocalem corripienda, ita ut evadat dactylus οὐ φιλω. Quare mirandus est **Osannus**, quod de crasi cogitavit quæ conglutinasset syllabas *ω* et *δὲ*. Cod. **A.** φιλεος, **B.** φίλεος, **P. V. L.** φίλος δὲ. — κρητῆρι **A. B. C.** κρατῆρι **P.**

V. 2. νείκεα κ. τ. λ. cf. ad **Dionysii Atheniensis** fragm. 2, 2.

V. 3. Μουσέων — δῶρα, carmina. Similiter **Archilochus** 7, 2. Μουσέων ἐρατὸν δῶρον.

V. 4. ἐρατῆς — εὐφροσύνης, qualis ex colloquiis potissimum proficiscitur teste **Simonide** 9. οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν ἀλλὰ τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει. **Phocylides** apud **Athen.** **X**, 31 p. 428 **B.**

Χρὴ δ' ἐν συμποσίων κολίκων περινοσομενῶν

ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν.

cf. **Xenophanis** fragm. 1, 19 sqq. — Notanda est forma *μνήσκεται* pro *μμήσκεται* usurpata, quam cum *μνήσεται* commutare suadente **F. Frankio**, nisi prægressa esset forma præsentis λέγει.

2.

Anthologia Palat. VI, 134. **ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ.**

Ἦ τὸν Δύρσον ἔχουσ' Ἑλικωνιάς ἢ τε παρ' αὐτῇν

Ξανδίππη Γλαύκη τ' εἰς χορὸν ἐρχόμεναι

ἐξ ὄρεος χωρεῦσι, Διώνυσω δὲ πέρουσιν

κισσὸν καὶ σταφυλῆν, πίονα καὶ χίμαρον.

V. 1. Cur **Iacobsius** ex scriptura cod. **Pal.** ἢ τε παρ' αὐτῇν scribendum proposuerit αὖ τε παρ' αὐτῇν parum assequor. Tres virgines, **Heliconias**, **Xanthippe**, **Glaucia** memorantur εἰς χορὸν ἐρχόμεναι, quarum prioribus qui additur articulus facile ex secundo nomine subaudiendum ad tertium *Γλαύκη*.

V. 2. εἰς χορὸν emendavit **Iacobsius**. *Γλαύκη τ' εἰς χορὸν* **Pal.** *Γλαύκη ἢ σχεδὸν* **Plannd.**

3.

Athenæus **XI**, 2. p. 460 **C.** ὁ δὲ **ΑΝΑΚΡΕΩΝ** ἔφη·

οἰνοπότης δὲ πεποιήμαι — — — — —

Particulam δὲ, quam reliqui libri omnes suppeditare videntur, omittit **C.** Falso, si quidem verba recte ad hexametrum elegiacum referuntur. Ad hunc locum respicit etiam **Pollux VI**, 21. καὶ οἰνοπότης καὶ οἰνοπότης γῆνη, ὁ Ἀνακρέων. Poeta incertus in **Anth. Pal. VII**, 23.

Ὡ ξέγε, τόνδε τάφον τὸν Ἀνακρεοντος ἀμείβων

σπείσόν μοι παριῶν εἰμὶ γὰρ οἰνοπότης.

4.

Hephaestionis Enchirid. p. 11. ed. Gaisford. καὶ παρ' **ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΙ** ἐν ἐλεγείαις·
οὐδέ τί τοι πρὸς **Θυμόν**, ὅμως γε μὲν ὥς ἀδοιάστως.

Verba πρὸς **θυμόν** Bergkio ita intelligenda videntur, ut dicitur κατὰ **θυμόν**, ex voluntate, quemadmodum προσθύμιος eodem sensu dicitur quo καταθύμιος. — ἀδοιάστως i. q. ἀναμφιβόλως, correpta diphthongo, quanquam Bergkio iudice poeta etiam ἀδοιάστως potuit scribere, uti δοιάζω et δοάζω usurpantur. Codd. Fl. B. ἀδιάστως. At similiter Tyrtæus 6, 20. γεραίους extremo pentametro.

5.

Longinus de Sublimitate c. 31. πικρότατον καὶ γόνιμον τὸδ' **ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ**
οὐκέτι **Θρηκίης** [πώλου] ἐπιστρέφομαι.

Bergkius, qui bene perspexit adiectivum **Θρηκίης** non satis aptum esse sine substantivo dictum, eodem loco inseruit **παιδός**, quo nobis **πώλου** præferendum esse videtur, respicientibus videlicet ad **Anacreontis fragm. 79**.

πῶλε **Θρηκίη**, τί δὴ με λοξὸν ὄμμασι βλέπονσα
ηλεῶς φεύγεις, δοκέεις δέ μ' οὐδὲν εἶδέναι σοφόν;

Ceterum Bergkius Longinum reprehendisse arbitratur verbum ἐπιστρέφομαι. Sed carmini amatorio quod leviusculum solet esse verba a communis vitæ consuetudine non nimis recedentia accommodatissima sunt. cf. Sophoclis Philoct. 590. Acerbissimum autem esset illud **πώλου** de puella dictum.

6.

Hygini **Astron. II, 6**. Nonnulli lyram quæ proxima ei signo [sc. quod Engonasin dixerunt] est collocata **Thesci** esse dixerunt, quod ut eruditus omni genere artium lyram quoque didicisse videbatur idque et **ANACREON** dicit:

ἀγχοῦ δ' αἰήτοῦ **Θησέος** ἐστὶ λύρη.

Talem pentametrum sagacissime restituit Bergkius ex corrupta librorum scriptura ἀγχοῦ δαὶ τεῦ eliciens genitivum αἰήτοῦ, formam poeticam pro vulg. αἰετοῦ, ut in **Arati Phæn. 521. 691**. cf. **Bœckh. ad Pindari Pyth. 4, 4**. Aquilæ autem signum eodem Bergkio interprete non adeo magno intervallo separatum est a lyra (sive ab ea stella in signo lyrae quæ **Vicia** appellatur) sic quidem ut nulla maior splendidiore stella inter eas intercedat.

ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ ΚΟΛΟΦΩΝΙΟΥ.

1.

Athenæus XI, 7 p. 462 C. ὁρῶν οὖν ὑμῶν καὶ αὐτὸς τὸ συμπόσιον, κατὰ τὸν **Κολοφώνιον** **Ξενοφάνη** πλήρης ὃν πάσης **θυμηδίας**,

Νῦν γὰρ δὴ ζάπεδον καθαρόν καὶ χεῖρες ὑπάντων

καὶ κύλικες, πλεκτοὺς δ' ἀμριτιδεῖ στεφάνους,

ἄλλος δ' εὐῶδες μέρον ἐν ριάλῃ παρατείνει·

κορητὴρ δ' ἐστήκεν μεστὸς εὐπροσύνης.

5 ἄλλος δ' οἶνος ἐτοιμος, ὃς οὕτω ρησὶ προδώσει,

μεῖλιχος, ἐν κεράμοις, ἄνδρος ὁσδόμενος.

ἐν δὲ μέσοις ἀγνὴν ὁδὸν λιβάωτος ἦσαν,
 ψυχρὸν δ' ἐστὶν ὕδωρ καὶ γλυκὺ καὶ καυδρόν.
 πάρεκνεται δ' ἄρτοι ξανδοὶ γεραρή τε τράπεζα
 10 τυροῦ καὶ μέλιτος πίνος ἀχθομένη.
 βωμὸς δ' ἀνδρῶν αὐτόμεσος πάντη πεπνυκασται,
 μολπή δ' ἀμφὶς ἔχει δώματα καὶ θαλίη.
 χορὴ δὲ πρῶτον μὲν θεῶν ὑμνεῖν εὐφρονας ἀνδρας
 εὐρήμοις μύθοις καὶ καυδαροῖσι λόγοις,
 15 σπείσαντάς τε καὶ εὐξαμένους τὰ δίκαια δύνασθαι
 προήσσειν ταῦτ' ἀγαπᾶν ἐστὶ προχειρότερον.
 οὐχ ὕβρις πίνειν δ' ὁπόσον κεν ἔχων ἀρίκειο
 οἴκαδ' ἄνευ προπόλου μὴ πάνυ γηραλέος.
 ἀνδρῶν δ' αἰνεῖν τοῦτον ὅς ἐσθλὰ πινὼν ἀναφαίνει
 20 ὥς οἱ μνημοσύνη, καὶ τὸν ὅς ἀμρ' ἀρετῆς,
 οὔτι μάχας διέπει Τιτῆων οὐδὲ Γιγάντων
 οὐδὲ τε Κενταύρων, πλάσματα τῶν προτέρων,
 ἢ στάσιος ρλεδόνας δ' αἷς οὐδὲν χρηστὸν ἔτεστιν
 θεῶν δὲ προμηθεὴν αἰὲν ἔχειν ἀγασθόν.

V. 1. ζάπεδον A. B. P. V. pro vulg. δάπεδον, pavimentum.

V. 2. ἀμφιτιθεῖ, sic Dindorfius coniecit pro librorum scriptura ἀμφιτιθεῖς, quod quidem participium cum versu 3 parum apte cohæret. Iam vero ex seq. ἄλλος δ' repetito ἄλλος μὲν duas imprimis puerorum ministrantium classes distingues, quorum alii convivis coronas imponebant, alii unguentum præbebant. Quare explicabis: ἄλλος μὲν παῖς ταῖς τῶν συμποτιῶν κεφαλαῖς στεφάνους ἀμφιτιθεῖ, ἄλλος δ' — παρατείνει. Similiter Homer. Iliad. XXIII, 157. γέγων' [sc. ὁ μὲν], ὁ δ' ὅπισθε διαώκων. cf. Matthiæ gramm. Græc. §. 238. not. 4. Bach. ad Taciti Ann. I, 63. Contra Schneidewinus, qui Iacobsii ἀμφιτιθεῖς στεφάνους ἄλλος ἰδ' (cccc) εὐῶδες κ. τ. λ. proponentis vestigia premens primum ἀμφιτεθεῖς, deinde pro δ' vel ἰδ' scripsit ὅδ', cogitavit de Horatii pueris in rosa, et coronas convivarum capiti imponendas pueris ministrantibus assignavit, parum insuper reputans pronomina ἄλλος ὅδ' desiderare alterum saltem vel tertium membrum ipsius coniectura erasum. Nam si de altero puero eoque pocula ministrante sermo esset, versus 3 talis fere restituendus erat qualem exhibuit Qsannus:

ἄλλος ὅδ' οἶνον ἀφύσσειν ἐστὶν ἔτομος, ὃς οὔπω κ. τ. λ.

Sed tam claudicantem hexametrum ne Xenophanes quidem fingere potuit. Iam ex Schweighæuseri animadversione hoc saltem certissime colligitur, codicem A. initio versus suppeditare ἄλλος δ' οἶνος omisso verbo ἐστὶν, quod tamen adiiciunt C. B. P. et quoniam idem Schweighæuserus ipsum illud verbum ἐστὶν præter necessitatem et refragante metro additum esse ait simulque priorum editionum lectionem ὃς οὔποτε φησὶ προδώσειν intactam reliquit, eam quoque ab eodem codice A. exhiberi verisimillimum est: pro οὔποτε tamen cum B. P. dedimus οὔτοι quippe quod magis in sensum

quadraret: **Præter vinum in cratere iam mistum aliud vinum dulce in promptu est idque fictilibus conditum, quod spondet se convivis nondum defecturum, i. e. cuius vini satis adhuc fictilibus conditur, id quod magno fuit compotorum solatio.** Nam *προδοῦναι* h. l. non est, ut priores interpretes voluerunt, deservere, sed deficere, velut de fluminum aqua quæ defecit apud Herod. VII, 187. *προδοῦναι τὰ βέθηρα τῶν ποταμῶν*. Quæ quum ita sint, reiicimus Dindorfii coniecturam, dimidiatum hexametrum οὔποτε vel οὔπω γῆρ᾽ ἐκδοῦσιν non Xenophanis sed Musuri esse opinantis, qui lacunam, quæ quo in loco esset ne perspexisset quidem, utcumque explevisset, ideoque proponentis:

ἄλλος δ' οἶνος — — — ἐστὶν ἑτοιμος, ὃς οὔπω,

unde infelix illud Osanni quod fecit restituendi periculum pendet.

V. 6. Notanda est forma Dorica *ὀσδόμερος*, qualem suppeditat Aleman apud Athen. I, 57. p. 51 C. *ἄπυρον* (i. e. τὸν οὐχ ἐψημένον, non coctum) οἶνον καὶ ἀνθεὸς ὀσδοῖτα. Quæritur tamen an vere suspicatus sit Osannus Xenophanem eam ipsam ob causam, quia Alemanis locus ipsius animo obversatus esset, formam Doricam vulgatæ *ὀζόμερος* prætulisse. Cod. B. *ὀδόμερος*.

V. 11. Vulgatam librorum scripturam αὐτὸ μέσον Welckerus ad Theognid. p. 50 in unam vocem contraxit *αὐτόμεσον*, probabilius tamen F. Frankius, collega dilectissimus atque eruditissimus, scribendum esse censuit *αὐτόμεσος*, ad βωμὸς referendum. Karstenus proposuerat *ἂν τὸ μέσον* duce Theognide 839.

V. 15. Θεὸν ἔμνεῖν primus scripsit H. Stephanus. Ambo codd. Schweigh. edd. V. L. *ἐμνέν*, quam quidem Doricam formam retinens Karstenus adiectivum quod sequitur scripsit *ἐνφρονας*, quo verba numerosius caderent. Acquievimus tamen in vulgata, cui favet quodammodo cod. P. *ἐμνέν*, respicientes videlicet ad Ciceronis iudicium qui Acad. III, 23, 74. Xenophanis minus bonos quamquam versus commemorat.

V. 14. Librorum quam retinuimus scripturam Eichstædtius l. e. mutavit in *καθαροὶ νόοις*, ne tautologia prodiret, provocans ille quidem ad Plutarch. de Iside et Osiride p. 578. *ὅσα φρονέιν, εὐφρημα λέγειν*. Sed primum quæritur an pluralis *νόοι* possit tolerari, deinde discrimen quoddam etiam inter *εὐφρήμους* μύθους καὶ καθαροὺς λόγους intercedit: nimirum illi opponuntur carminibus Homeri et Hesiodi, quos quidem poetas impietatis accusavit Xenophanes fragm. 7 ed. Karsten.

*Πάντα θεοῖς ἀνέθηκας Ὀμηρός θ' Ἡσίοδος τε
ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνειδεα καὶ ψόγος ἐστίν
καὶ πλείστ' ἐφθέγγετο θεῶν ἀθιμίστια ἔργα,
κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατενεῖν.*

Iam *καθαροὶ λόγοι*, casti sermones, oppositi colloquiis qualia ex corruptis moribus et impuris animis proficiscuntur.

V. 15. Ne quem offendant h. l. verbum *δύνασθαι*, notandum verbum hoc et Latinum posse interdum dici non tantum de naturali et propria alicuius potestate sed etiam de rei facultate aut sorte quæ nobis aliunde veluti a deo contigit. Herodot. VII, 134. *τοῖσι Σπαρτιήτεσι καλλιερῆσαι θυομέροις οὐκ ἐδύνατο*. KARSTEN.

V. 16. ταῦτ' ἀγαπᾶν, sic emendavimus inexplicabilem librorum scripturam ταῦτα γὰρ ὦν, cōmparantes elementa *TAYTA ΓΑΡΩΝ* et *TAYTA ΓΑΙΛΑΝ*. Explica: hæc (τὰ δίκαια) amplecti, sive his contentum esse, magis in promptu, facilius, melius est, sc. quam ultra modum progredi. Osannus iure meritoque improbavit Schueidewini τοῦτ' ἀπατῶν ab hoc loco alienum.

V. 17 sq. Construe: οὐχ ὕβρις ἐστὶ τόσον πῦνεν ὅσποσον ἔχων (i. q. πῶν) ἂν ἀφίκοιο οἶκαδε κ. τ. λ. i. e. non est superbiæ tantum bibere ut domum reverti possis sine ministro viam monstrante. Πρόπολος h. l. intelligendus est puer domino facem præferens viamque monstrans, sine quo ab epulis redire modicæ potationis et pristinae temperantiæ indicium. Quare apud Lacedæmonios disciplina inebat: πῶντες δὲ μετρίως ἀπίαισι δίχα λαμπάδος. Plutarch. Lycurg. c. 12. Xenophon res pub. Laced. 5, 7. — μὴ πάνυ γηραλέος, sc. ὦν, i. e. nisi admodum senex es. Adiectivi *γηραλέος* apud Xenophanem usus Dindorfii in H. Stephani thesauro G. L. Vol. II p. 607 prætermiserunt.

V. 19. Infinitivus αἰνεῖν fungitur vice imperativi.

V. 20. ὥς οἱ μνημοσύνη, i. e. ὅτι μνημοσύνη αὐτῷ ἐνεστίν. Sensus: laudabis eum qui postquam fortiter bibit ostendit memoriam sibi inesse, i. e. se nondum perdidisse memoriam. Edd. et uterque Schweighæuseri codex ὥς ἡ μνημοσύνη, P. ὡ σημημοσύνη, unde Schweighæuserus sententiam finxit iusto confortiorem: ὥς ἡ μνημοσύνη ἐστίν αὐτῷ, i. e. qui res bonas et utiles refert, prout memoria ei suggerit. Diversam viam inīit Scaliger, qui ita distinguens: ὥς, Ἡ μνημοσύνη· καὶ τὸν, Ὁς ἀμφ' ἀρετῆς· cogitavit de initiis scolorum quæ in conviviis canerentur. Hæc autem interpretatio et a Xenophanis simplicitate et ab hoc præsertim loco abhorrere videtur: tales enim loci ita comparati esse debebunt ut missis ambagibus statim intelligas scolorum vel aliorum carminum initia laudari, velut Aristophanis Equit. 529 sq. ἔσαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμπόσῳ πλὴν «Δωροὶ συνοπέδιδε» καὶ «τέκτορες εὐπαίδμων ἕμνων.» —

V. 21. διέπει C. διέπειν P. V. L. Illud vero restituendum esse Coraes iam perspexit, ita ut verbum διέπει simul ad præcedentem sententiam ὅς ἀμφ' ἀρετῆς per zeugma referendum sit: laudabis eum qui in conviviis de virtute loquitur, non lites persequitur Titanum cett. cf. ad Dionysii fragm. 2, 2. Notanda est notio verbi διέπειν a Dindorfis in H. Stephani thes. II p. 1445 neglecta instar Latini persequi de oratione usurpati.

V. 22. πλάσματα τῶν προτέρων, sic optime restituit Schweighæuserus ex codd. A. B. C. πλασμάτων προτέρων. P. omisit πλασμάτων, in margine tamen habet πραγμάτων. Figmenta maiorum Xenophanes vocat fabulas de dis et heroibus ab antiquis poetis exornatas, velut apud Pindarum Olymp. 1, 28 sq. βροτῶν γάτιν ὑπὲρ τὸν ἀθανάτην λόγον δεδαιδαμένοι ψεύδεσι ποικίλοις ἐξαπατῶντι μῦθοι.

V. 23. στάσιος φλεδόνας θ' αἷς κ. τ. λ. sic emendavimus partim Scaligeri vestigia prementes, qui codicum scripturam φεδόνας in φλεδόνας mutandam esse perspexit. Sed præterea asyndeton quod vulgo relinquitur tollendum et genus pronominalis τοῖς ad proximum substantivum φλεδόνας accommodandum erat: quare scripsimus θ' αἷς. Iam habes seditiones nugasque inutiles, sive rixas nugatorias, quæ quum verbis et disputando transigantur aptissime opponuntur μάχαις Τιτῶν κ. τ. λ. quippe quæ manibus commissæ sint. Schweighæuserus scripsit ἀσπασίας φλεδόνας, Osannus στασίας σφιδανίς.

V. 24. Particulam δὲ e coniectura addidit Scaliger qua metro satisfaceret. Προμηθεὶ Karsteno interprete est observantia et reverentia, ut apud Herodot. I, 88. Κύρος Κροίσον κάρτα ἐν πολλῇ προμηθείᾳ εἶχε. «In hac admonitione inest fabularum reprehensio quæ multa de diis indigna prædicabant. Similiter Pindarus Ol. 1, 35. ἔστι δ' ἀνδρὶ γάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλὰ. cf. Ol. 9, 40. Cicero N. D. III, 25. cum de dis immortalibus disputamus, dicamus digna dis immortalibus.» Ceterum idem Karstenus codicum scripturam προμηθεῖν sine iusta causa mutavit in προμηθείην. Comparabis 4, 7. προεδρίην. 5, 2. τυραννίης. Extremo versu F. Frankio auctore scripsimus ἀγαθόν, unde penderet infinitivus ἔχειν. Libri ἀγαθήν, quod satis languidum est epitheton vocabuli προμηθεῖν.

2.

Athenæus XI, 18 p. 782 A. Ἐθος δ' ἦν πρότερον ἐν τῇ ποτηρίῳ ὕδωρ ἐμβάλλεσθαι, μεθ' ὃ τὸν οἶνον. ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ

οὐδὲ κεν ἐν κύλικι πρότερον κεράσειέ τις οἶνον
ἐγχεάς ἀλλ' ὕδωρ καὶ καδύπερθε μέθυ.

Eundem morem attigit Hesiodus Erg. 594. τοῖς δ' ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτατον ἰμεν οἶνον. Theophrastus apud Athen. I. c. ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τὴν κρᾶσιν ἐναντίως εἶχε τὸ παλαιὸν τῷ νῦν παρ' Ἑλλήσιν ὑπόχρησι. οὐ γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν οἶνον ἐπέχον ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὸν οἶνον κ. τ. λ.

V. 2. Participium ἑγγέας quum per synizesim duabus syllabis liceat pronuntiare, non opus est Schweighäuseri emendatione χεῖας, quam repetivit e scriptura codicis C. ἑγγέας.

3.

Athenæus VIII, 6. p. 368 E. F. ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν τοῖς ἐλεγείοις φησί·

πέμψας γὰρ κωλὴν ἐρίρου σκέλος ἦραο πῖον
ταύρου λαρινοῦ τίμιον ἀνδρὶ λαχεῖν,
τοῦ κλέος Ἑλλάδα πᾶσαν ἀρίζεται οὐδ' ἀπολήξει
ἔς τ' ἂν ἀοιδάων ἢ γένος Ἑλλαδικόν.

V. 1. Duplicem fuisse formam, καὶ κωλῆνα καὶ κωλῆν (hanc quidem contractam ex κωλέαι) docet Athenæus l. c. — ἦραο restituit Dindorfius ex A. ηραο C. ἦρα ὁ pro vulg. ἦραο. Invicem sibi opponuntur verba πέμπειν et αἶρεν. Sensus probabiliter expedivit Karstenus: «Quæ hic memoratur κωλὴ ἐρίφου, coxa hædina, non inter deliciores sane dapes habenda, ut non mirum sit Aristophanem coniunxisse κεφαλὰς τ' ἀρνίων, κωλᾶς ἐρίφων apud Athen. h. l. cf. Schol. Aristoph. in Plut. 1129. Hemsterh. ibid. p. 426 sqq. Contra βοὺς λαρινὸς proprie bos saginatus et delicati corporis dicitur, unde etiam βοὺς λαρινεύειν dixit Sophron Athen. VIII p. 376 B. Schneider. Lex. v. λαρινός. Hinc iam illud quod dicit, hædi pernam pingui bovis crure permutare, quid significet colligi potest. Videtur enim festivo et populari quodam modo dictum esse in aliquem, qui non ut bonus ille Glaucus χρύσεια χαλκεῖων permutaverat, sed contra χάλκεα donaverat, χρύσεια receperat.— Hoc autem factum, cuius laudem tam festively extollit, quo spectet aut ad quem hominem pertineat non patet.»

V. 4. ἀοιδάων, sic vulgatur, i. e. carminum. Cod. C. ἀοιδῶν, cantorum, unde Schneidewinus coniecit ἀοιδοπóλων, quo tamen vix opus est: poeta enim verbis ἀοιδάων γένος Ἑλλαδικόν circumscribit carmina Græca.

4.

Athenæus, X, 6 p. 413 sq. Ταῦτ' εἴληφεν ὁ Εὐριπίδης ἐκ τῶν τοῦ Κολοφωνίου ἐλεγείων ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ οὕτως εἰρηκότος·

Ἄλλ' εἰ μὲν ταχυτῆτι ποδῶν νίκην τις ἄροιο,
ἢ πενταδλεῦων, ἐνθα Διὸς τέμενος
παρ Πίσσο βοῆς ἐν Ὀλυμπίῃ, εἴτε παλαίων,
ἢ καὶ πυκτοσύνην ἀλγινόεσσαν ἔχων
εἴτε τὸ δεινὸν ἄεδλον ὃ παγκράτιος καλέουσιν
ἀστοῖσιν κ' εἴη κυδρότερος προσορᾶν,
καὶ κε προεδρίην πανερίην ἐν ἀγῶσι ἄροιο,
καὶ κεν σὺτ' εἴη δημοσίων κτεάνων
ἐκ πόλεως καὶ δῶρον ὃ οἱ κειμήλιον εἴη,
εἴτε καὶ ἵπποισι, ταῦτά χ' ἅπαντα λάχοι
οὐκ ἔδωκεν ἄξιός ὥσπερ ἐγώ· ῥώμης γὰρ ἀμεύων
ἀνδρῶν ἢδ' ἵππων ἡμετέρῃ σοφίῃ.

ἀλλ' εἰκὴ μάλα τοῦτο νομίζεται, οὐδὲ δίκαιον
προκρίνειν θώμην τῆς ἀγαθῆς σοφίης.

15

οὔτε γὰρ εἰ πύκτης ἀγαθὸς λαοῖσι μετεῖη,
οὔτ' εἰ πενταθλεῖν, οὔτε παλαισμοσύνην,
οὔδ' ἐμὲν εἰ ταχυντῆτι ποδῶν, τόπερ ἔστι πρότιμον
θώμης ὅσο' ἀνδρῶν ἐργ' ἐν ἀγῶνι πέλει,
τοῦνεκεν ἂν δὴ μᾶλλον ἐν εὐνομίῃ πόλις εἴη.

20

σμικρὸν δ' ἂν τι πόλει χάριμα γένοιτ' ἐπὶ τῷ
εἴ τις ἀεθλεύων νικῶ Πίσας παρ' ὄχθας·
οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μυχοὺς πόλεως.

V. 4. Librorum scripturam εἰ μὲν Wakefieldius silv. crit. II p. 49 in εἴ κεν mutandam esse censuit propter frequentem eiusdem particulæ in sequentibus versibus repetitionem. cf. Bast. ad Schäferi Gregor. Cor. p. 721 sq. Attamen quum non pateat, an particula μὲν superioribus quæ hodie perierunt fortasse apta fuerit, Karstenus caute nihil mutandum putavit.

V. 5. Notandus est fons sive rivus Pisa, quum plerumque Pisa urbs in ludis Olympicis memoretur. cf. Dissen. ad Pindar. Ol. 1, 25. At Stephanus Byz. Πίσα, πόλις καὶ κρήνη τῆς Ὀλυμπίας. Genitivum Πίσας h. l. et inferius v. 21 Schweighæuserus recte derivavit a nominativo Πίσης vel Πίσας. Ceterum corruptam librorum lectionem παρπίσα ὀρόησεν B. παρ πίσα ὀρόησεν P. correxerat iam H. Stephanus in poesi philosophica p. 57.

V. 4. Karstenus pro ἔχων maluit ἐλὼν. Sed πνκτοσύνην ἔχων h. l. est idem quod πνκτεῖων. Iam quum participium ἔχων simul ad seq. τὸ δεινὸν ἀεθλον pertineat (ubi articulus τὸ Wakefieldio restitutus est pro codicum scriptura τι), hæc quidem loquutio periphrastica posita pro simplici παγκρατιάζων. Pariter Sophocles Ant. 1275. βάρος ἔχων pro βαρύνων. cf. Lobeck. ad Aiac. 540.

V. 6. κνδρότερος προσορᾶν verissime emendavit F. Jacobsius animadv. ad Athen. p. 220 et ad Achillem Tatium p. 763 ex cod. A. προσορᾶν B. πρὸς ἀράν. P. V. L. πρὸς ἄκρα, quod retinuit Schweighæuserus, ut κνδρότερος πρὸς ἄκρα idem valeret ac παρὰ πολὺ κνδρότατος, longe omnium gloriosissimus, celebratissimus. Sed nihil verius Jacobsii emendatione. P. κεδρότερος. Ios. Scaliger primus proposuit κνδρότερος, quod postmodum Schweighæuserus quoque ex MSto excerpfit.

V. 7. Pro ἄροιο B. ἄγοιο.

V. 8. σίτ' εἴη, palmaris Turnebi emendatio. Libri σιτήη, unde Casaubonus dedit σιτολή. At verbum εἴη desideratur etiam ob sequens quo referatur δῶρον. Pluralis σίτα a singulari σίτος descendens idem est quod σιτία. Poeta autem intelligit τὴν σίτησιν, qualis apud Athenienses præcipue erat ἐν πρωτανείῳ, qui quidem permagnus honor iis habebatur qui de re publica eximie meriti erant quive in ludis Olympicis vicerant. cf. Platonis Apolog. Socr. p. 57. ibique interpp. Karstenus laudat Aristophanis Equit. 575 sq. ubi utrumque honoris genus, προεδρία et σιτήσις (velut h. l.) coniungitur: νῦν δ' εἰ μὴ προεδρίαν φέρωσι καὶ τὰ σιτία, οὐ μαχέσθαι φασιν.

V. 10. Karstenus mecum ita consentit ut verba εἴτε καὶ ἵπποισι respondere arbitretur superioribus εἴτε παλαιῶν — εἴτε τὸ δεινὸν ἀεθλον, atque ita explicanda esse: εἴτε καὶ ἵπποισι νίκην ἄροιο, sed idem in apodosi quæ longiorem excipit protasim particulam ἢ parum recte pro γέ accepit, quam tamen derivare debebat a κα ad optativum λάχου referenda. Scripturam ταῦτά ἢ ἅπαντα cum Dindorfio recepinus ex B. ad quam proxime accedit A. ταῦτα καὶ ἅπαντα, P. ταῦτα καὶ ἅπαντα. Vnde Schweighæuserus dedit ταῦτά καὶ πάντα.

V. 11. οὐκ ἔων ἄξιος P. A. referente Schweighäusero, quanquam ipse ab his demum verbis apodosim incipiendam esse ratus desiderabat οὐ κ' ἔη. Hinc pendet Dindorfii coniectura οὐ κ' εἶ. Sed participium ἔων, quod tamen pronuntiandum est ὦν, spectat ad subiectum præcedentis verbi λάχοι, ita ut sensus sit: Si quis in ludis publicis victoriam adeptus προεδρίαν et σίτησιν atque κειμήλιον a civitate sua acceperit, hæc omnia nactus fuerit haud perinde dignus atque ego, i. e. ego tamen propter sapientiam meam illis præmiis dignior fuerim quam is qui Olympia vicerit.

V. 13. τοῦτο νομίζεται, i. e. hoc usu valet sive institutum est, sc. ut qui corporis robore superiores fuerint publicis honoribus atque muneribus ornentur.

V. 14. τῆς ἀγαθῆς σοφίης, quæ v. 12 simpliciter dicitur ἡμετέρη σοφίη, i. e. ingenii animique eruditio, quatenus corporis robori opponitur, omnino artes bonæ atque ingenuæ, non solum poetarum ars et sapientia, de qua cogitavit Karstenus.

V. 15. λαοῖσι μετείη emendavit Stephanus una littera N mutata in M. Codd. λαοῖσιν ἐτ' εἴη. cf. Bast. l. c. p. 725 sq. Wakefield. coni. λαοῖσιν ἐνείη.

V. 16. Karstenus ad verba ταχυτῆτι ποδῶν intelligendum statuit νικῶ, quod tamen iusto remotius esse videtur: immo ἀγαθὸς subaudiendum et cogitandum de eo qui pedum celeritate præ ceteris excellit, πόδας ὠκὺς. Variatur structura, ita ut pro accusativo remotioris quem dicunt obiecti iam datus instrumenti ponatur.

V. 18. Notabis attractionis formam sic fere expediendam: τόπερ ἐστὶ πρότιμον ἔργων ῥώμης ἀνδρῶν ὅσα ἐν ἀγῶνι πέλει. Ῥώμη ἀνδρῶν est ἀνδρεία, qua h. l. intelliguntur ἔργα τῆς ἀνδρείας τῆς ἀγωνικῆς, sive Karsteno interprete cuncta illa quæ modo memoravit poeta certaminum genera, pugilatus, quinquertium, lucta, cursus.

V. 21. νικῶ, iota subscribendum. Libri νικῶ. Haud dubie erravit Schweighäuserus quod solam optativi formam νικῆν fuisse opinatur. cf. Buttmanni gramm. ampl. I p. 509. Ceterum observabis totam quam hic versus complectitur sententiam εἴ τις — ὄχθας fungi substantivi loco, quod pertineat ad articulum τῶ.

V. 22. Hunc versum ex Athenæo repetivit Eustathius ad Iliad. p. 1299, 22. Similem fere sententiam expressit Isocrates Paneg. p. 41. τῶν μὲν γὰρ ἀθλητῶν δις τοσαύτην ῥώμην λαβόντων οὐδὲν ἂν πλέον γένοιτο τοῖς ἄλλοις, ἐνὸς δὲ ἀνδρὸς εὐ φρονήσαντος ἅπαντες ἂν ἀπολαύσειαν οἱ βουλόμενοι κοινωνεῖν τῆς ἐκείνου διανοίας.

5.

Athenæus XII, 31. p. 526 A. B. Κολοφώνιοι δ', ὥς φησι Φύλαρχος, τὴν ἀρχὴν ὄντες σκληροὶ ἐν ταῖς ἀγῶναῖς, ἐπεὶ εἰς τρυφὴν ἐξώκειλαν πρὸς Ἀνδρῶν φιλίαν καὶ συμμαχίαν ποιησάμενοι, προήεσαν διησκημένοι τὰς κόμας χρυσῷ κόσμῳ, καὶ ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ φησὶν·

Ἀπροσύνas δὲ μαζόντες ἀνωρελέas παρὰ Ἀνδῶν,

ὄρρα τυραννίης ἦσαν ἄνευ στυγερῆς,

ἦεσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα πᾶρ' ἔχοντες

οὐ μείους ἢπερ χίλιοι εἰς ἐπίπαν,

5 αὐχαλέοι, χαίτησιν ἀγαλλόμενοι εὐπρεπέεσσιν,

ἀσκητοῖς ὁδοῖν χοῖμασι δευόμενοι.

V. 1. Pro librorum scriptura ἀπροσύνas I. G. Schneiderus coniecit ἀβροσύνas, quod sane aptissimum ad Lydorum et Colophoniorum mollitiem ac luxuriam depingendam. Probabiliter tamen

animadvertit Karstenus ἀφροσύνην contrariam esse τῇ σωφροσύνῃ atque h. l. libidinum insaniam sive dementia[m] notare. cf. Herodot. I, 93 sq. 155. Athen. XII, 13 p. 515 E.

V. 2. τυραννίης ἦσαν ἄνευ στυγεργῆς, sic verissime emendavit Dindorfius ex hisce librorum elementis: ἦσαν νεν στυγεργῆς A. ἦσανεν στυγεργῆς B. ἦσαν ἐϋστυγεργῆς P. pro vulg. ἦσαν ἐπὶ στυγ.

V. 4. χίλιοι, hinc pendere videtur Theopompus apud Athen. XII, p. 526 C. Θεόπομπος δ' ἐν πεντεκαιδεκάτῃ ἱστορίῳ χίλιους φησὶν ἄνδρας αὐτῶν ἀλουργεῖς φοροῦντας στολὰς ἀστυπολεῖν. — E cod. Pal. recepimus ἥπερ, licet A. B. suppeditent ὥσπερ, quod in hunc locum minus quadrare videtur propter prægressum comparativum μέλους. De frequenti litterarum ὡς et ἡ permutatione vid. Bast. l. c. p. 780 sq. — εἰς ἐπίπαν Karstenus sine iusta ratione cum Schweighæusero mutavit in ὡς ἐπίπαν propter Græci sermonis consuetudinem. Sed iisdem Græcis qui dicebant εἰς ἔπειτα vel εἰς ἐπειτα vel εἰς τὸ ἔπειτα haud dubie licebat etiam dicere εἰς ἐπίπαν sive εἰς τὸ ἐπίπαν, i. e. quod attinet ad id quod in universum s. omnino valet, ita ut intelligas circiter mille cives per urbem incedentes. cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 45 sq.

V. 5. ἀρχαῖοι, i. q. σεμνοί, Hesychio interprete, i. e. gloriosi, iactabundi. cf. Næke ad Chæril. p. 144. Pro vera codicis P. et edd. scriptura χαίτησιν A. B. exhibent χαίτισιν, quod ex eadem pronuntiandi ratione profectum esse videtur qua vice versa v. 6 A. P. χοήμασι pro χοίμασι, ubi Casaubonus scripsit χοίμασι. Editionis Ven. et Bas. scripturam ἀγαλλόμενοι εὐπροπέεσιν retinendam et syllabas οἱ εὐ per synizesim pronuntiandas esse duximus, quanquam prior erat emendatio ἀγαλλόμενοι προπέεσιν, siquidem simplex adiectivum προπῆς aliunde satis confirmatum esset. Casaubonus dederat ἀγαλλόμεν, quæ tamen diphthongi οἱ elisio vix potest ferri, quanquam cod. P. ἀγάλλομεν atque nulla ex A. B. enotata dissensio huic coniecturæ quodammodo favet. Quod Schweighæuserus denique extricavit ἀγαλλέμεν eam potissimum ob causam reiiciendum, quod h. l. medium ἀγάλλεσθαι, non activum genus desideratur.

V. 6. ὀδμήν A. B. P. pro vulg. ὀδμή. Sed accusativus optime se habet, quatenus unguenta intelliguntur bene parata ad odorem, i. e. ita parata ut suaves odores inde afflentur. Describit igitur poeta Colophonios delicatos eosque odoratis unguentis delibutos.

6.

Diogenes Laert. VIII, 36. περὶ δὲ τοῦ ἄλλοτε ἄλλον γεγενῆσθαι [sc. τὸν Πυθαγόραν] ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ ἐν ἐλεγείᾳ προσμαρτυρεῖ ἥς ἀρχή·

Νῦν οὖν ἄλλον ἔπειμι λόγον, δείξω δὲ κέλευθον.

ὁ δὲ περὶ αὐτοῦ [Πυθαγόρου] φησὶν οὕτως ἔχει·

καὶ ποτὲ μιν στυβελιζομένου σκύλακος παριόντα

φασὶν ἐποικτεῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος·

παῦσαι μὴδὲ θάπτε, ἐπειὴ φίλου ἀνέρος ἐστὶ

5 ψυχῇ, τὴν ἔγνων φθαρταμένης αἰῶν.

V. 1. Ne cum Welckero ad Simonid. Amorg. p. 8 cogites de itinere coloniae in Italiam deductæ, κέλευθος h. l. simpliciter dicitur de via ac ratione qua usus est poeta ad rem suam demonstrandam. cf. Dissen. ad Pindar. Nem. 6, 47. — Particulam τ', quæ in libris inseritur post voculam οὖν, delendam esse censuimus, quippe quæ parum responderet sequenti δέ, nisi cum Karsteno αὐτ' ἄλλον vel cum Schneidewino δείξω τὸ præferre malueris.

V. 2. sqq. Hæc disticha servantur etiam apud Suidam v. Ξενοφάνης et Anth. Pal. VII, 120.

V. 4. θάπτε, cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 175 sq. — ἐπειὴ retinimus secundum analogiam

vocalurum *τίη* et *ότή*, quanquam cod. Pal. Anth. *ἐπὶ ἡ* scripturæ *ἐπὶ ἡ* favere videtur. cf. Schol. Ven. et Spitzner. ad Iliad. I, 156.

V. 5. *τὴν ἔγνω* in libris scriptum est, unde Karstennus sine idonea caussa coniecit *τῆς*, licet ipse intellexerit accusativum *τὴν* ab *ἔγνω*, genitivum *φθεγμαμένης* ab *αἰών* pendere.

7.

Diogenes Laert. VIII, 19. *ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ* — *μακροβιώτατός τε γέγονεν, ὥς που καὶ αὐτός φησιν*

*ἦδη δ' ἐπτά τ' ἔασι καὶ ἐξήκοντ' ἐνιαυτοὶ
βληστορίζοντες ἐμὴν προντίδ' ἀν' Ἑλλάδα γῆν
ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἦσαν ἐείκοσι πέντε τε πρὸς τοῖς,
εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.*

V. 2. ἀν' Ἑλλάδα γῆν, i. e. per Græciam, quatenus Xenophanis ingenii monumenta per omnes Græciæ regiones pervasisse cogitanda sunt. *Φροντίς* h. l. de Xenophanis nescio quo carmine vel alio quodam ingenii documento intelligenda esse videtur.

V. 3. Similiter fere Homerus Od. I, 215.

*μήτηρ μὲν τ' ἐμέ φησι τοῦ ἔμμεναι· αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πώ τις ἰὼν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.*

8.

Etymolog. M. p. 231. v. *Γηράς* — *ἡ μετοχὴ γηρεῖς, — ἡ γενικὴ γηρέντος, ὥςπερ τιθέντος. ΞΕΝΟΦΑΝΗΣ*

ἀνδρὸς γηρέντος πολλὸν ἀπαυρότερος.

Sylburgius iam perspexit reponendum esse nomen *Ξενοφάνης*, quo semel corrupto in libris propagatum est *Ξενοφῶν οἶον*, quod quidem *οἶον* h. l. eximie languet. Eadem nominum permutatio exstat apud Herodian. *περὶ μονήρους λέξεως* p. 30. v. *Γλύσσω* v. οὐδὲν τῶν εἰς *ων* ληγόντων συγκριτικῶν ἔχει πρὸ τέλους τὸ *ν*. σημειῶδες ἄρα τὸ παρὰ *Ξενοφῶντι γλύσσω* v.

*εἰ μὴ χλωρὸν ἔφυσε θεὸς μέλι, πολλὸν ἔφασκον
γλύσσωνα σῦνα πέλεσθαι.*

Vbi audacter corrigendum *παρὰ Ξενοφάνει*. cf. Karsten. ad Xenophan. p. 31. God. Hermann. de Aeschyl. Lycurgia p. 10. — In ipso Xenophanis pentametro notanda est Ionica participii forma *γηρεῖς*, tanquam a verbo *γήρημι* pro vulg. *γηράω* vel *γηράσκω*.

I Ω Ν Ο Σ Χ Ι Ο Υ.

1.

Athenæus X, 68 p. 447 D.

*⋮ ⋮ ⋮ ⋮ ⋮ ἡμετέρῳ δὲ χορῷ,
δυρσορόροισι φίλῃς μέγα πρεσβεύων Διόνυσος·
αὕτη γὰρ πρόβρασις παντοδαπῶν λογίων,
αἶ τε Πανελλήνων ἀγοραὶ θαλία τε ἀνάκτων,
ἐξ οὗ βοτρυνέουσ' οἰνὰς ὑποχθόνιον
πιόρδον ἀνασχομένη θαλερῷ ἐξήψατο πήχει*

αἰδέρος· ὄρδαλμῶν δ' ἐξέδορον πυκνοὶ
 παῖδες, φωνήεντες ὅταν πέσῃ ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ,
 πρὶν δὲ σιωπῶσιν· παυσάμενοι δὲ βοῆς
 10 νέκταρ ἀμείλονται, μόνον ὄλβιον ἀνδρώποισιν
 ξυνὸν τοῦ χαίρειν φάρμακον αὐτοσυνές.
 τοῦ θαλῖαι φίλα τέκνα φιλοπροσύναι τε χοροὶ τε·
 τῶν ἀγαθῶν βασιλεὺς οἶνος ἐδείξε φύσιν.
 τοῦ σὺ, πάτερ Διόνυσσε, φιλοστεφάνοισιν ἀρέσκων
 15 ἀνδράσιν, εὐδύμων συμποσίων πρῦτανι,
 χαῖρε, δίδου δ' αἰῶνα, καλῶν ἐπιήρανε ἔργων,
 πίνειν καὶ παίζειν καὶ τὰ δίκαια προοεῖν.

V. 1. Tota elegia quum fuerit συμποσιακή, verba ἡμετέρῳ δὲ χορῷ ad convivarum coronam spectare videntur, quibus appositionis lege v 2 adiungitur θυρσοφόροις, i. e. vino incalescentibus. Librorum scripturam θυρσοφόρος Casaubonus iam emendaverat θυρσοφόροις, unde metri gratia dedimus θυρσοφόροις.

V. 2. Iacobsius voluit ἀρχὴ καὶ πρόφασις. Sed demonstrativum αὕτη a substantivo πρόφασις attractum spectat ad Διόνυσον, i. e. ad vinum. Sensus: Vinum varia excitat colloquia, velut apud Simonidem 9, 1. οὐ μόνον ὕδατος αἶσαν, ἀλλὰ τι καὶ λέσχης οἶνος ἔχειν ἐθέλει. Errat enim Schweighæuser, quem temere sequutus est Osannus, λόγια opinatus esse λόγον ἄξια, ἐλλόγισμα, res præclaras et memorabiles. 'Sed nihil impedit quo minus τὰ λόγια, i. e. ea quæ ad λόγον pertinent, pro ipsis λόγοις dicta esse statuamus, velut τὰ θανμάσια pro θαύματα κ. τ. λ. Recte igitur Dalecampius interpretatus est sermonum omne genus, Iacobsius hilares sermones, quibuscum conferendus est Nieberdingius p. 94 sq. qui eiusmodi intelligit narratiunculas atque historiolas lepidas hilaresque, quales sermocinationes maxime inter convivia fieri et ab Ionibus potissimum amatas fuisse constat. Sic mirifice conveniunt παρτοδαπὰ λόγια iis quæ sequuntur ἀγοραίς et θαλίαις.

V. 4. αἶ τε Παν. κ. τ. λ. i. e. καὶ ὁ Διόνυσος πρόφασις ἐστὶν ἀγορῶν θαλῶν τε, paullo liberiore structura.

V. 6. Quæ in codd. A. P. exstat scriptura ἐπιήξατο, C. ἐπήξατο, eam Casaubonus quidem mutavit in ἐπύξατο, quæ tamen coniectura nondum sufficit ad genitivum qui sequitur αἰδέρος explicandum. Eodem vitio laborat Iacobsii περιπύξατο, quod sublaturus quum Schweighæuserus proponeret περιπύξατο vel ἐπήξατο αἷνον, i. e. firmiterprehendit populum (Horat. epod. 2, 9. adulta vitium propagine altis maritat populos) nemini satis persuasit αἷνον penultima correpta posse admitti pro αἷνον. Et quoniam Iacobsii δένδρεα a litterarum vestigiis iusto remotiora sunt, viam omnium felicissimam ingressus esse videtur Nieberdingius scribendo ἐξήξατο, unde penderet genitivus αἰδέρος adiectivo ἐποχθόνιον oppositus. Sensus: ex quo uvosa vitis terra absconditum germen sustinens sive tollens tenera ulna attigit æthera, vel se suspendit ex æthere. Similis structura est verbi κρεμάνυσθαι κ. τ. λ. Poetam fingere vitem quasi ἑαρος παιδα vivam et animatam, quæ primum sub terra abscondita, postquam in lucem provenit, omnium bonarum rerum mater evasisset, idem Nieberdingius verissime perspexit. — Osanni denique ἀνθεὺς ὅς θαλμῶν (aus der Blüthe der Augen entspringen) quam ineptum sit facile intelliges, si rerum naturam attenderis quæ vitium flores atque uvæ ex oculis sive gemmis prodire iubet.

V. 8. φωνήεντες ὅταν κ. τ. λ. *qui* (παῖδες) *tunc strepitum edunt quum ceciderunt alius super alium*, i. e. *quum uvæ in torcular coniciuntur calcandæ*.

V. 9. πρὶν δὲ σιωπῶσιν, i. e. *qui autem silent antequam torculari subiiciuntur*. Notabis liberio rem constructionem, quum proprie dicendum esset σιωπῶντες, quod responderet prægresso φωνήεντες, sc. ὄντες.

V. 10. νέκταρ ἀμέλγονται, i. e. *mulgentur nectar, ex iis exprimitur nectar*, Casanbono interprete. Tropum repetivit poeta ex Homeri Il. III, 454. οἶος — ἀμελγόμεναι γάλα λευκόν. — μόνον iungendum esse cum voce φάρμακον vere animadvertit Casanbonus: *Stillant, inquit, uvæ nectar, quod solum est mortalibus commune remedium ad lætitiā ingenuiam et nulla arte compositum*. Alluditur ad Aegyptiacam nepenthes in Homeri Od. III, 220 sq.

ἀντίκ' αὖ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔρδεν ἔπινον,
 ἠπενθές τ' ἀχολόν τε, κακῶν ἐπλήθυν ἀπάντων.

Quare non opus est Iacobsii medicina πότον, cui quum epithetorum abundantia h. l. vitii suspicionem movisset, probabiliter respondit Schweighæuserus: *Vinum μόνον, ipsum unum per se solum, hominibus est remedium ad lætitiā, αὐτοφνές, quod sua natura hanc vim habet, nec indiget iniecto extrinsecus nepenthe, estque abundans et copiosum et commune hominibus, non, ut nepenthes, paucis exigua quadam copia suppetens*.

V. 12. τοῦ pro τούτου positum ad nectar spectare recte animadvertit Ern. Kæpkius, cuius librum elegantissimum de Ionis vita et fragmentis (Berolini 1836.) perlustrare licuit, antequam animadversiones nostræ typis exprimerentur.

V. 13. Pro τῶν ἀγαθῶν Iacobsius coniecit τῶν δ' ἀνδρῶν. Frustra. Nam genitivus τῶν ἀγαθῶν non est masculini sed neutrius generis: *Vinum sive Bacchus rex ostendere s. recludere solet naturam omnium rerum bonarum*, quales sunt θαλίαι φιλοφροσύναι τε χοροὶ τε et similia: οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διόνυσιον οὐδὲ γίγαρτον Simonide auctore 9, 5. Sequitur versum 13 explicandi causa adiunctum esse præcedenti versui, ita ut copula quam Iacobsius desideravit facile careamus.

V. 16. Verba καλῶν ἐπιήρανε ἔργων coniungenda Webero interprete, *Hort anmuthiger Gaben*, velut Empedocles v. 421 ed. Sturz. Pythagoræ appellavit παντοίων σοφῶν ἐπιήρανον ἔργων. Hermesianax 5, 16 Musæum Χαρίτων ἦραν v. 22 Hesiodum πάσης ἦραν ἰστορίης. cf. Bach. ad Hermesianact. p. 125. Itaque accusativus αἰῶνα tempus designat, *per vitam*, et a verbo δίδου apti sunt infinitivi πίνειν, παίζειν, φρονεῖν.

2.

Athenæus XI, 8. p. 463 B. ἸΩΝ δ' ὁ Χιὸς φησιν.

Χαιρέτω ἡμέτερος βασιλεὺς σωτήρ τε πατήρ τε,
 ἡμῶν δὲ κρητῆρ' οἶνοχόοι Δέραπες
 κινράντων προχύταισιν ἐν ἀργυρείοις, ὁ δὲ Χρυσὸς
 οἶνον ἔχων χειροῶν νιζέτω εἰς ἔδαρος,
 σπένδοντες δ' ἀγνῶς Ἡρακλεῖ τ' Ἀλκιμήρῃ τε,
 Προκλεῖ Περσείδαις τ', ἐκ Διὸς ἀρχόμενοι,
 πίνωμεν, παίζωμεν, ἔτω διὰ νυκτὸς αἰοιδή,
 ὀρχεῖσθω τις· ἐκὼν δ' ἄρχε φιλοφροσύνης.
 ὄντινα δ' εὐειδὴς μίμνει Δήλεια πάρεννος,
 κείνος τῶν ἄλλων ἀδρότερον πίεται.

V. 1. ἡμέτερος βασιλεὺς κ. τ. λ. i. e. Αἰώνιος. cf. fragm. 1.

V. 2. Libri h. l. ζητήρ, quod tamen emendandum auctore eodem Athenæo XI, 94 p. 496 C. Τὼν δ' ὁ Χῖος ἐν ἐλεγίῳς.

ἡμῖν δὲ ζητήρ οἶνοχόοι θέραπες
κηράντων προχέταισιν ἐν ἀργυρέοις.

Postrema verba h. l. in libris leguntur προχέταισιν ἐν ἀργυρέοις.

V. 5. ὁ δὲ Χρυσός, ita scribendum littera initiali quadrata, ut *Chrysus* servus intelligatur qui vinum manibus tenens riget vel spargat humum. Quod primus demonstravit Th. Bergkiius in Zimmermanni diario philologico a. 1854 p. 28 sq. Aristophanes Vesp. 1252. Παῖ, παῖ, τὸ δέπνον, Χρυσέ, σσεκέαζε νῦν. «Solebant enim in conviviis servi primum libare, ut est in Lacedæmoniis Platonis comici apud Athen. XV p. 663 B. ubi servus dicit:

ἄνδρες διδμηπύκασιν ἡδὴ σκεδὸν ἄπαρτες, εὖ γε.
τί οὐ τρίχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις; ἐγὼ δὲ
λίτρον παραχέων ἔρχομαι. καὶ γὰρ δὲ παρακορήσω.
σποιδὰς δ' ἔπειτα παραχέας τὸν κόπταβον παροίσω.

tum demum convivæ libabant, ut est ibidem:

σποιδὴ μὲν ἡδὴ γέγονε καὶ πίνοντές εἰσι πόδιον.

et sic Ion pergit: σπένδοις δ' ἀγνῶς Ἡρακλεῖ τ' Ἀλκιμήνῃ τε et quæ sequuntur. Ἡρακλεῖ autem scribendum est ut tardus spondeorum incessus dactylo temperetur." Lobeckius ad Sophoclis Aiac. 510 proposuit ὁ δὲ κοῖσας, i. e. *pinccerna*, cui tamen Bergkii coniecturam prætulim. — Vulg. Ἡρακλεῖ, cod. B. Ἡρακλῆ, sed Ἡρακλεῖ restituendum duce versu 6. Προκλεῖ.

V. 4. χειροῖν scripsimus Bentleio et Bergkio suadentibus pro vulg. χειρῶν, quod Nieberdingius defendens operam suam perdidit.

V. 6. ἐκ Αἰὸς κ. τ. λ. Iamblich. vita Pythag. XXVIII, 155. Σπένδειν δὲ πρὸ τραπέζης παρακαλεῖ Αἰὸς Σωτήρως καὶ Ἡρακλέους καὶ Αἰσχοκρίων, τῆς προῆς ἐμνοῦντας τὸν ἀρχηγὸν καὶ τὸν ταύτης ἡγεμόνα Δία, καὶ τὸν Ἡρακλέα, τὴν δέναμιν τῆς φύσεως, καὶ τοὺς Αἰσχοκρίους, τὴν συμφωνίαν τῶν ἀπάντων. cf. Creuzer. Deutsche Schriften I, 1. p. 101.

V. 8. ἐκὼν δ' ἄρξῃς γελ. tu vero volens præside lætitiæ, quæ quidem verba referenda esse ad eum quem *regem convivii* creant sodales recte observavit Schweighæuserus, quanquam idem paullisper addubitavit num cogitandum esset de illo an de Baccho, quem initio iam invocavit poeta. Rex autem ille sive magister convivii utrum idem intelligendus sit qui sequenti disticho memoratur an alius nescio quis, hoc saltem in medio relinquitur.

V. 9 sq. In hoc disticho eius mentio fieri videtur, in cuius honorem vel a quo ipso convivium illud nuptiale apparatus erat idque ab Ione concelebratum.

V. 10. Vulg. κρόότερον, i. e. *gloriosius, famosius, augustius*, quod tamen neque I. Th. Schneidero Lex. Græc. I p. 302. *hilarius (froher, heilerer trinken)* neque Nieberdingio interprete *confidentius, fortius* valere potest, quatenus derivandum a vocabulo κῶδος. Quare e cod. B. ἀνδρότερον scribendum est ἀδρότερον (quod et a Dindorfio iam occupatum video, et Frankius meus sua coniectura confirmavit), i. e. *largius sive lætius*. Similiter Diphilus apud Athen. XI p. 497 A. πένδῃ δὲ δὲ ἀδρότερον. cf. Stephani thes. G. L. I p. 707 ed. Paris.

3.

Athenæus II, 77. p. 68 B. ὅτι εἶρηται ἀρσενικῶς ὁ θυμός καὶ ὁ οὐρίγανος. — ἸΩΝ
αὐτὰρ ὁ γ' ἐμμασπέως τὸν οὐρίγανον ἐν χειρὶ κεύθει.

Osannus p. 77 ὀρίανον (*W. intermairan, origanum Heracleoticum* Linneo auctore) herbam austeri saporis vino immistam esse coniecit velut ἀλόη. cf. Boissonadii Anecd. Græc. III p. 574 sq. συμβαίνει γὰρ ταῦτόν, ὥσπερ ἂν εἴπινες ἐκλυτον οἶνον καὶ γλισχρόν καὶ ἀηδὴ γ' ἐξιώμενοι — θαυμάκοις δὴ τίσιν αἰσθητοτέροις ἀναμύζαντες ἀγαθὸν χρήσθαι γε αὐτὸν ἐποιήσαντο, οἱ δὲ παραλαβόντες καὶ ταὐτὸ νομίζαντες τὸ αἰσθηρὸν τῷ πικρῷ, τῇ ἀλόῃ τοῦτον κεράσαντες, ἐδίδουν πίνειν τοῖς τὴν γεῦσιν ὑγιάνουσι καὶ μᾶλα τε εὐδοσί τι μὲν αἰσθηρὸν, τί δὲ πικρὸν. Iam quum Cato R. R. c. 127 commemoret vinum *origanatum*, i. e. cui origanus admistus est, Ionis versus ad convivam vel convivii ministrum referendus esse videtur qui nescio quem ad usum origanum abdidit manu.

4.

Plutarchi Thes. c. 20. Ἐνιοὶ δὲ καὶ τεκεῖν ἐκ Θησεύως Ἀριάδνην Οἰνοπίωνα καὶ Στάφυλον, ὧν καὶ ὁ Χίος ἸΩΝ ἐστὶ περὶ τῆς ἐαυτοῦ πατρίδος λέγων·

τὴν ποτε Θησείδης ἔκτισεν Οἰνοπίων.

Pronomen τὴν hand dubie referendum ad Χίον urbem, quam Critias 1, 6 designavit ἐναλον πόλιν Οἰνοπίωνος. cf. Osann. in Museo Rhén. III p. 241 sqq. Et quoniam apud Athenæum I, 47 p. 26 C. Θεόπομπός γησι παρὰ Χίους πρώτους γενέσθαι τὸν μέλαν οἶνον καὶ τὸ γνέειν δὲ καὶ θεραπεύειν ἀμπέλους Χίους πρώτους μαθόντας παρ' Οἰνοπίωνος τοῦ Ἀιονέσων, ὃς καὶ συνέκτισε τὴν νῆσον τοῖς ἄλλοις αἰθροίοις μεταδόνται, Osannus Ionis pentametrum hand improbabilius suspicatur depromptum esse ex elegia symposiaca, quæ Chium præcipue vinum celebrasse censenda est.

5.

Euclidis introduct. harmon. p. 19 ed. Meibom. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ φθόγγου χρωῶνται τῷ ὀνόματι [τόνος] οἱ λέγοντες ἐπτάτονον τὴν φόρμιγγα, καθάπερ Τέρπανδρος καὶ ἸΩΝ. ὁ μὲν γὰρ φησὶν·

ἡμεῖς τοι τετράγηνον ἀποστέρεξαντες αἰοιδὴν
ἐπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους.

οὐ δὲ [Ἰων]

ἐν δεκαχόρδῳ τὴν δεκαβάμονα τάξιν ἐχούσῃ

τάς συμπεφυγούσας ἀριμονίας τοιόδοις.

πρὶν τε γὰρ ἐπτατόνον ψάλλον διὰ τέσσαρα πάντες

Ἕλληνες σπανίαν Μοῦσαν ἀειράμενοι.

V. 1. ἐν δεκαχόρδῳ, sc. φόρμιγγι. Lyra decem chordis intenta accuratius describitur ἔχουσα δεκαβάμονα τάξιν, i. e. ordinem qui denu ingreditur sive decem gradus (i. q. chordas) habet. cf. Lobeck. ad Phrynich. p. 451. Locus propterea insignis quod λίρα δεκαχόρδος apud neminem, quoad scio, reliquorum scriptorum veterum memoratur. Constat enim inter omnes simplicissimum idemque antiquissimum systema fuisse tetrachordum, quod complectebatur diatessaron, heptachordum autem invenisse Terpandrum tribus chordis ad quattuor additis. cf. Plehnii Lesbiaca p. 149 sqq. Deinde Simonides octavam, Timotheus nonam chordam adiecissee narratur apud Plinium N. II. VII, 56, 204. At Timotheum Milesium, de cuius ætate nuper disputavit Bæckhius corp. inser. Græc. II p. 545, certe undecim cecinisse chordis idem Bæckhius de metris Pindari p. 206 ex decreto Laconico (τῶν ἑνδεκα χορδῶν ἐκτάμεν τὰς περιττὰς ὑπολειπομένην τῶν ἐπτά. Vid. O. Mülleri Dor. II p. 524, qui tamen hoc decretum spurium esse opinatur) iam pridem demonstraverat. Accedit Pausanias III, 12, 8. ἐνταῦθα [ἐν τῇ καλῳμένῃ Σιάδι] ἐκείρισαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν Τιμοθέου τοῦ Μιλησίου κithάραν,

καταγρόντες ὅτι χορδαῖς ἐπὶ ταῖς ἀρχαίαις ἐφεῖρεν ἐν τῇ καθαρῳδίᾳ τέσσαρας χορδὰς. **Quare in Pherecratis fragmento apud Plutarch. de musica c. 50 v. 24 scribendum χορδαῖς ἑνδεκα pro vulg. δώδεκα**, quod temere prætermisit R. Hanovius exercitt. crit. p. 57. Itaque iam ante Timotheum fuisse qui decem nervis lyram exornaret Ionis testimonium luce clarius ostendit, quemadmodum apud Pherecratem l. c. v. 5 etiam Melanippides vituperatur quod μουσικῇ χαλαρωτέραν τ' ἐποίησε χορδαῖς δώδεκα. cf. Hanov. p. 59. — Ceterum Meibomius verba ἐν δεξαχόρδῳ λέγει ad Euclidis, non ad Ionis orationem rettulit, attamen annotavit solum Bryennium habere vocabulum λέγει ab ipso fortasse explicationis gratia additum. Ac velut Terpendri, ita etiam Ionis locum ab Euclide sine titulo carminis laudari probabile est. Reliqua Meibomius ita restituenda censuit: τὰξιν ἔχονσα τὰς συμφ. At Pena ediderat τὰξιν ἔχεις ἀεὶ τὰς κ. τ. λ. Bryennius ἔχειν ἀεὶ τὰς κ. τ. λ. Coventr. ἔχεις ἂν τὰς, unde paullo commodius extricabis ἐχούση quam ἔχονσα, siquidem comparaveris litterarum vestigia ΕΝΕΙΣΑΝ cum ΕΧΟΥΣΗ. Vid. H. Stephani thes. G. L. Vol. II p. 965. 976. ed. Paris.

V. 2. Accusativus τὰς.—τριόδους aptus est a verbo nesciō quo, quod una cum progressu disticho interiit. *Harmonie autem trivis eadem fere esse videntur quæ hodie a musicis vocantur Terzen*, opposita iis quæ πᾶλλονται διὰ τέσσαρα (*Quarten*). Ex duobus enim tetrachordis ita compositis, ut alterius sonus gravissimus alterius esset acutissimus, natum heptachordum quod sonabat disdiatessaron (quod h. l. Ion simplicius expressit διὰ τέσσαρα, i. e. in *Quarten*) auctore Bœckhio de metris Pindari p. 205. — Ceterum ex hymni HomERICI in Mercur. versu 51. ἐπὶ δὲ συμφόρους ὁὼν ἐτανέσσατο χορδὰς, ipsum hymnum compositum esse apparet post heptachordum a Terpendro iam inventum, quum tetrachordi auctor plerumque Mercurius ipse perlubetur.

V. 5. πρὶν τε γὰρ ἐπτάτορον, sic emendandum nobis videtur prementibus vestigia partim codicis Barocciani πρὶν μὲν οἷν ἐπ. partim Coventr. πρὸς μὲν ᾧ' ἐπ. Particulæ τε γὰρ (i. q. etenim, namque) pariter coniunctæ leguntur in Iliad. XXIII, 277. ἀδάρατοί τε γὰρ εἰσι. cf. F. Franke de usu particularum οὐδὲ et οὔτε p. 15. Πρὶν autem adverbialiter dictum (ut 4, 9) ita ut sensus sit: *Antequam lyra decem chordis sonabat, omnes Græci utebantur heptachordo*. — Quæ a Terpendro atque Ione appellatur ἐπτάτορος, apud Pindarum Pyth. 2, 70 est ἐπτάκτυπος, Nem. 3, 24 ἐπτάκλυστος φρόμιγξ. — Meibomius et Nieherdingius Bryennium sequuti ediderunt πρὶν μὲν σ' ἐπτάτορον κ. τ. λ.

6.

Diogenes Laert. I, 120. ἸΩΝ δ' ὁ Χίος περὶ αὐτοῦ [Φερεκύδου] φησὶν·

ὥς ὁ μὲν ἡγορεῖ τε κεκασμένος ἡδὲ καὶ αἰδοῖ
καὶ πρῶτος ψυχῇ τερατῶν ἔχει βίοντον,
εἶπερ Πυθαγόρης ἐτύμως ὁ σοφὸς περὶ πάντων
ἀνθρώπων γνώμας εἶδε καὶ ἐξέμαθεν.

V. 1. ὥς ὁ μὲν, sc. ὁ Φερεκύδης, qui Pythagoræ præceptor fuisse traditur. Particulam ὥς, quæ h. l. vulgo est ἄνεως, accentu notavimus quo Iacobsii coniectura ζῶν reiiiceretur.

V. 2. Sensus: *etiam defunctus letam animo vitam degit*, i. e. animi immortalitate fruitur.

7.

Athenæus X, 48 p. 456 F. αὐτὸς δὲ [ὁ ἸΩΝ] ἐν τοῖς ἐλεγείοις ἐρᾶν μὲν ὁμολογεῖ Χρυσίλλης τῆς Κορινθίας, Τελέου δὲ θυγατρὸς, unde Ræpkius p. 58 huncce restituit hexametrum:

Χρυσίλλης [καλῆς] μὲν ἐρῶ, Τελέου δὲ θυγατρὸς.

Idem Ræpkius p. 50 sq. ex hoc fragmento Ionem amatorias quoque elegias, a quibus indoles atque ingenium poetæ nullo modo abhorruisse videtur, scripsisse coniecit. At cf. quæ supra iam diximus p. 8 sq.

ΕΥΗΝΟΥ ΠΑΡΙΟΥ.

^{1.}
Anthologia Palat. XI, 49. ΕΥΗΝΟΥ*)

Βάκχου μέτρον ἄριστον ὃ μὴ πολὺ μῆδ' ἐλάχιστον.

ἔστι γὰρ ἢ λύπης αἴτιος ἢ μανίης.

χαίρει κινούμενος δὲ τοῖσιν Νύμφαισι τέταρτος.

τῆμος καὶ Σαλάμοις ἐστὶν ἐτοιμότητος.

5 εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, ἀπέστραπται μὲν Ἔρωτας,

βαπτίζει δ' ὕπνῳ γείτορι τῷ Σαράτῳ.

V. 2. ἡ λύπης — ἡ μανίης, ob rixam et insanios amores, quos testam continere ait Horat. Od. III, 21, 3. præter iocos et somnum. IACOBS.

V. 3. Sensus: potus ita miscendus est ut constet ex tribus aquæ partibus, una tantum vini, præcipiente iam Hesiodo *Erg.* 594. τοῖς δ' ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτατον ἱμεν οἶνον. Ad eandem quàm Euenus admisit metaphoram explicandam Osannus laudat Macrobii Sat. VII, 1. ut crateri liquoris ad letitiam nati adhibeatur non modo Nympharum sed Musarum quoque admixtione temperies. — Quum in lectione codicis Pal. parum commoda sit sedes particulæ adversativæ, Iacobsius verba in hunc modum collocanda esse censet: χαίρει δὲ τοῖσι κινούμενος Νύμφαισι τέταρτος. Brunkius paullo vehementius tentaverat: χαίρει κινούμενος τοῖσι Νύμφαις τέταρτος αὐτός. Sed particula δὲ post duo vel plura vocabula unam quasi notionem efficientia etiam alibi collocatur, velut Aeschyli Agam. 743. παραλλήλονδ' ἐπέκρανεν δὲ γάμον πικρὰς τελευτάς. 635. ἐν νυκτὶ δυσκίμαντα δ' ὠρώρει κακὰ. cf. Poppo ad Thucydid. P. I. Vol. 1. p. 502. C. F. Hermann. de persona Niciae apud Aristophan. p. 13. Scheibe observatt. in oratt. Att. p. 11.

V. 4. cf. Ionis Chii fragm. 2, 9 sq.

V. 5. εἰ δὲ πολὺς πνεύσειεν, i. e. si Bacchus vehementius spiraverit, qui et Amorem aver-satur et in somnum amori inutilem inmergit, ὑπὸ μέθης βαπτίζομενος εἰς ὕπνον, Clemens Alex. II p. 182. Sic interpretatus est Iacobsius, qui laudat præterea Abresch. in Anct. diluc. Thuc. p. 527 sq. et Valekenar. ad Hipp. p. 214. — ἀπέστραπται μὲν Planud. Brunk. ἀπέστρα μὲν Pal. c. compendio quodam scripturæ profectum.

V. 6. βαπτίζει δ' Pal. βαπτίζεται δ' Plan. quo metrum pessumdari perspexit iam Scaliger qui correxit βάπτισται. Iacobsius laudat Heliodor. III, 17 p. 255. qui pariter sensu translato: μέσαι νύκτες ὕπνῳ τὴν πόλιν ἐβάπτιζον. II p. 90. τῇ συμφορῇ βεβαπτισμένον. Liban. T. III p. 142. ἀδο-λεσχίως βεβάπτισται. — Pal. τῷ Σαράτῳ temere omisso iota subscripto, quod utique præstat Planudea scriptura τοῦ θ. Illud est τῷ Σαράτῳ ὕπνῳ. Xenophon Cyrop. VIII, 7, 21. ἐνοήσατε δὲ ὅτι ἐγγύτερον μὲν τῷ ἀνθρωπίνῳ θανάτῳ οὐδὲν ἐστὶν ὕπνον.

*) Cod. Pal. εἶνον, quod ex perversa pronuntiatione scriptum pro Εὐήνου. In Planud. ἄδελον est.

2.

Μηδένα μῆτ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν,

μῆτε δύραζε κέλευ' οὐκ ἐδέλοντ' ἱέναι,

μῆδ' εὐδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδῃ, ὄντιν' ἂν ἡμῶν

Σωρηχθέντ' οἶνῳ μαλθακὸς ὕπνος ἔλη,

5 μῆτε τὸν ἀγρουπνέοντα κέλευ' ἀέκοντα καθεύδειν.

πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνηρόν ἐστυ.

τῷ πίνειν δ' ἐδέλοντι παρασταδὸν οἶνοχοεῖτω·
οὐ πάσας νύκτας γίγνεται ἄβρὰ παθεῖν,
αὐτὰρ ἐγὼ, μέτρον γὰρ ἔχω μεληδέος οἴνοι,
ἔπρου λυσικάκου μνήσομαι οἴκαδ' ἰών.

10

V. 1 sq. Hoc distichum cum sequentibus intime conhaerere quum ipsa sententia demonstret, tum Chironis poeta apud Athenæum VIII p. 564 C. certissime comprobatur:

κῆρτά τις εἶπε

τῶν ξυμπινόντων ἤδη σύ; τί οὐχ ὑποπίνεις;
οὐχ ὑπολύσεις αὐτόν; ὁ δ' ἄχθεται αὐτός ὁ θῆν
τῷ κατακωλύοντι, καὶ εὐθὺς ἔλεξ' ἐλεγεῖα
Μηδένα μήτ' ἀέκοντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῶν
μήθ' εὐδοντ' ἐπέγειρε, Σιμωνίδι.

Hinc primo versu recepimus μηδένα μήτ' pro Theognidea eaque haud dubie interpolata scriptura μηδένα τῶνδ', ideoque in pentametro dedimus μήτε, quod et præcedentibus et subsequentibus magis responderet quam vulg. μηδὲ, quod instar τῶνδε una cum primo disticho a sequentibus avulso ortum esse videtur. Quæ h. l. de convivio eadem in Odyssea XV, 72 sq. de hospitio profertur sententia:

ἰσὼν τοι κακὸν ἐσθ', ὅστ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι

ξῆνον ἐποτρύνει καὶ ὅς ἐσόμενον κατερύκει.

Rutilius Lupus II, 7. *Alium turbas vitantem ac domum reverti cupientem retinet ianitor, pulsatur, exire prohibet, domini interdictum demonstrans.*

V. 3. μήθ' εὐδ. sic Athen. et cod. A. apud Theognid. ubi vulg. μηδ'. — ὅστις ἂν A. K. apud Theognid. pro vulg. ὅτινα.

V. 4. Codd. B. C. D. F. H. M. N. Theognid. θωρηχθέντ', E. L. θωρηχθέντ', unde scribendum θωρηχθέντ', ita ut iocose dicatur οἶνῳ θωρηχθείς tanquam χαλκῷ vel τέχεσι πρὸς τὸν πολέμιον. Ita Theognis 841 sq.

Οἶνος ἐμοὶ τὰ μὲν ἄλλα χαρίζεται, ἐν δ' ἀχάριστος

εὐτ' ἂν θωρηχθείς μ' ἄνδρα πρὸς ἐχθρὸν ἄγῃ

cf. 413. 508. 884. Aristophan. Acharn. 1154 sq.

V. 5. μήτε correxit Bekkerus. Libri μηδὲ vel μή δὲ.

V. 6. ἀνιηρόν, ita scriptum apud Plutarch. non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 21. et vulg. Theognid. ubi soli C. G. ἀναρόν cum Aristotele l. c.

V. 7. οἶνοχοεῖτω, sc. ὁ παῖς ὁ οἶνοχός. Machon apud Athen. XIII p. 583 B. v. 45. ἀλλ' ἐγγεῖτω μοι τέτταρας κοτύλας ἔπειτ' εἰς τὴν μεγάλην. Vbi Iacobsius sine iusta ratione pro ἔπειτ' proposuit ὁ παῖς. Brunnkius autem adverbium παρασταδὸν suppositum fuisse a pudico quodam ludī magistro suspicatur, scripsisse vero poetam καλὸς παῖς οἶνοχοεῖτω, idque firmari sequenti ἄβρὰ παθεῖν. Suspicio sane immatura, quandoquidem notio τοῦ παιδὸς iam inest in ipso verbo οἶνοχοεῖτω.

V. 9 sq. Hoc distichum, quo tanquam fastigium imponitur elegidio symposiaco, Welckeri diasceñasis Theognidea de sede sua movit. Poeta enim postquam Simonidi ut cuiuslibet convivæ genio ac voluntati indulgeret sapienter suaserat, semet ipsum satis bibisse domumque rediturum esse ingenue profitetur: cogitat enim de Xenophanis 1, 17sq. vel simili dicto quale est illud Panyasidis apud Athen. II, 5 p. 56 D.

ἀλλὰ, πέπον, μέτρον γὰρ ἔχεις γλυκεροῦ ποτοῦ.

στεῖχε παρὰ μνηστῆρ' ἀλοχόν, κοίμει δ' ἑταίρους.

Denique Euenus ipse 1, 1. Βάκχον μέτρον ἄριστον ὃ μὴ πολὺ μὴδ' ἐλάχιστον.

Athenæus VIII, 4 p. 367 E. κατὰ τὸν Πάριον ΕΥΗΝΟΝ*)

Πολλοὺς ἀντιλέγειν μὲν ἔδος περὶ παντὸς ὁμοίως,

ὁρδῶς δ' ἀντιλέγειν οὐκ ἔτι τοῦτ' ἐν ἔδει.

καὶ πρὸς μὲν τούτους ἀρκεῖ λόγος εἰς ὃ παλαιός·

σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἔστω, ἐμοὶ δὲ τάδε.

5 τοὺς ξυνετοὺς δ' ἂν τις πείσειε τάχιστα λέγων εὖ,

οἷπερ καὶ ῥήσσης εἰσὶ διδασκαλῆς.

V. 2. ἐν ἔδει Stobæus. εἶδει Athenæi codd.

V. 3. πρὸς τούτους Stobæus, τούτοις Athen. Contra extremo versu Athenæus veram retinuit scripturam εἰς ὃ παλαιός, ubi Stobæi A. ὡς ἀπαλαιός. Vulg. ὡς ὃ παλαιός.

V. 4. Stobæus cum Athenæo X, 55 p. 429 F. ταῦτα, contra Athenæi codd. A. B. P. VIII, 4. τοιαῦτα metro renitente. Ibidem cod. A. δοκοῦντ' ἔστω, quo inclinatur etiam B. δοκοῦντες τῷ, P. δοκοῦντες τῶς, at X, 55 A. P. δοκοῦντ' ἐστ', B. δοκοῦντες τ', C. δοκοῦντι, quæ quidem diversitates ad eandem ducunt scripturam quam exhibet Stobæus δοκοῦντ' ἐστίν. Vnde licet suspicari ipsam iam antiquitatem fluctuasse inter ἔστω et ἐστίν. Sed imperativus in hac proverbiali loquutione Euripidi quoque observatus ideoque vetustior esse videtur Supp. 466. σοὶ μὲν δοκέτω ταῦτ', ἐμοὶ δὲ τάντια. Pariter fere Sophocles Aiac. 1059. κείνός τ' ἐκείνα στεργέτω, καὶ γὰρ τάδε.

V. 6. εἰσὶ διδασκαλῆς, ita scribendum. A. B. P. εἰς διδασκαλίας. Ionica forma etiam propter homocoteleuton ῥήσσης (B. P. ῥήσσης) præferenda. Similiter 1, 1. ἄριστον = ἐλάχιστον. 1, 2. λύπης = μανίης. 6, 2. χρηστῆς = ὀδύνης.

*) Haec verba apud Athenaeum inserta sunt post ἀντιλέγειν μὲν. Duo priora disticha exstant etiam in Stobæi Florilegio LXXXII, 3. p. 472 extr.

Stobæi Florileg. XX, 2 p. 171. ΕΥΗΝΟΥ

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε

κρυπτόμενον, μανίης πούλῳ χειριώτερον.

V. 2. πούλῳ χειριώτερον B. C. Schowii et B. manu secunda apud Gaisford. præd vulg. πολὺ χειριώτερον. S. Maximus Operum T. II p. 594 idem distichum laudans præbet πολὺ χεῖρον. Iacobsio subaudiendum videtur χεῖμα, ira ipso furore gravius, ut apud Platon. Conviv. p. 516 G. χαλεπὸν τοῖς ἀνθρώποις ἢ μέθη ἐστίν. At nescio an expeditius sit adiectivum χειριώτερον referre ad νόον κρυπτόμενον, ita ut mens occulta sive voluntas abdita (operta odia Tacit. Ann. II, 57) quam detegit ira ipso furore peior esse dicatur.

Stobæi Florileg. LI, 17. p. 356. ΕΥΗΝΟΥ

Πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμην μάλα σύμφορόν ἐστιν,

χωρὶς δὲ βλαβερῆς, καὶ κακότητα φέρει,

Sensus est quem expressit Cicero de off. I, 19. Sed ea animi elatio quæ cernitur in periculis et laboribus, si iustitia vacat pugnatque non pro salute communi sed pro suis commodis, in vitio est: non enim modo id virtutis non est sed potius immunitatis omnem humanitatem expellentis. Præterea Iacobsius laudat Euripid. Temen. fr. 11. ὥμῃ ἀμαθῆς πολλάκις τίκτει βλάβην. Isocrat. ad

Demon. p. 2. ῥώμη μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἀνὲν δὲ ταύτης πλεῖον τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε. Horat. Od. III, 4, 65. *Vīs consili expers mole ruit sua: vim temperatum di quoque provehunt in maius.* Ceterum pro vulg. σοφίᾳ A. Triuc. habent σοφίαν, quæ aliena ab hoc loco.

6.

Anthologia Palat. XII, 172. ΕΥΗΝΟΥ

Εἰ μισεῖν πόνος ἐστί, φιλεῖν πόνος, ἐκ δύο λυγρῶν
αἰρουῖμαι χρηστῆς ἔλκος ἔχειω ὀδύνης.

V. 1. ἐκ δύο λυγρῶν ingeniose emendavit Brunckius. δυνοντρῶ Pal. δύο λοιπόν Plan.

5.

Stobæi Florileg. I, 18 p. 14 ed. Gaisford. Ἀριστοτέλης περὶ ἀρετῆς. — Ἀδικίας δὲ ἐστὶν εἶδη τρία, ἀσέβεια, πλεονεξία, ὕβρις. — ὕβρις δὲ, καθ' ἣν τὰς ἡδονὰς αὐτοῖς παρασκευάζουσιν εἰς ὄνειδος ἄγοντες ἑτέρους. ὅθεν καὶ ΕΥΗΝΟΣ περὶ αὐτῆς λέγει.
ἦ τις κερδαίνουσ' οὐδὲν ὁμῶς ἀδικεῖ.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΤΟΥ ΧΑΛΚΟΥ.

1.

Athenæus XV, 9. p. 669 D. E. ὁ Δημόκριτος, Ἄλλ' ἵνα καγὼ, φησί, μνημονεύσω τῶν τοῦ Χαλκοῦ ποιητοῦ καὶ ῥήτορος ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ — λέξω τι καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν ἐλεγίων. σὺ δέ,

ὦ Θεόδωρε, δέχου τήνδε προπινομένην
τὴν ἀπ' ἐμοῦ ποιήσω· ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω
σοὶ πρῶτῳ Χαρίτων ἐγκεράσας χάριτας.
καὶ σὺ λαβὼν τόδε δῶρον αἰοιδὰς ἀντιπρόπιδι,
5 συμπόσιον κοσμῶν καὶ τὸ σὸν εὖ δέμειος.

Athenæi verba supra dedimus mutilata ne tenor pentametri interrumpatur; integra autem hæce: σὺ δέ, ὦ Θεόδωρε, τοῦτο γάρ σου τὸ κῆριον ὄνομα, δέχου κ. τ. λ. Alloquitur autem apud Athenæum Democritus *Cynuleum*, cuius proprium fuisse nomen *Theodorum* lepide fingit Athenæus. cf. Schweighæuseri animadv. in Athen. T. I p. 15. Iam nomen illud Θεόδωρε aut ex ipsis Dionysii elegiis repetitum est (id quod longe verisimillimum) aut Democritus *Theodorum*, verum *Cynulei* nomen substituit in locum eius nominis cui Dionysius elegiarum coronam inscripsisse censendus est. Quis tamen fuerit Dionysii *Theodorus* θεῶν ἐν γούνασι κείται, quandoquidem Osannus p. 96 sq. vix cuiquam persuadebit apud Athen. XI p. 482 D. nomine Θεῶρος in Θεόδωρος mutato ῥήσεις κατὰ δειπνον intelligi de Dionysii elegiis sympotiacis.

V. 1 sq. Sicut Græci in conviviis, postquam propinaverunt, solebant nominare cui poculum ad dextram (ἐπιδέξια) tradituri erant, ita h. l. Dionysius ἀλληγορικῶς Theodoro amico elegias sympotiacas tanquam propinat, i. e. poeta qui composuit carmina προπότης est intelligendus, Theodorus cui mittuntur cum eo comparatur cui poculum primo convivarum tradebatur; id quod distinctius etiam explicant hæce verba: ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω σοὶ πρῶτῳ, sc. τήνδε τὴν ποιήσω. Ποίσεις autem haud dubie h. l. elegiarum convivialium collectio quædam dicitur quam poeta amico dedicavit.

V. 3. *Χάριτων* — χάριτας, i. e. *Χαρίτων χαρίεντα δῶρα, grata Gratiarum munera*. Verbum *εγκεράσας* identidem ex conviviorum loquendi more repetitum, quo crateri infundebatur vinum aqua et melle permistum, h. l. transfertur ad poesim latissimis figurarum et sententiarum floribus ornata. Quare mittenda est Osanni coniectura *σοὶ προτέρῳ Χαρίτων* (*Dir sende ich zuerst, noch vor den Chariten, was ich in dem Becher gemischt habe*), quippe qua sensus iusto contortior prodire videatur.

V. 4. *τόδε δῶρον*, sic verissime Spanhemius ad Callimachi frag. 9 ed. Ernest. emendavit librorum scripturam *τότε* quæ mirifice friget. Præterea notabis *ἄπαξ εἰρημένον ἀντιπροπίνειν*, cuius imperativus aoristi eodem modo formatur quo simplicis verbi *πίθι*. Carmina autem amico iam antea propinata (*τήνδε προπινομένην ποίησιν*) ut amicus ipsius poetæ vice rursus aliis propinaret sive recitaret in conviviis Dionysius Theodorum adhortatus est. Similiter fere fragm. 4, 1. *ὕμνος οἶνοχοεῖν ἐπιδέξαι*. Quam ob rem explicabis: *πρόπιθι αἰοιδᾶς ἀντὶ ἐμοῦ*.

V. 5. *καὶ τὸ σὸν εὖ θάμενος*, his verbis probabiliter suspicatus est Osannus hocce elegiarum tanquam proœmium finire.

2.

Athenæus XV, 8 p. 669 B.

*Ἀγγελίης ἀγασθῆς δεῦρ' ἵτε πεισόμενοι,
καὶ κυλίκων ἐρίδας διαλύσατε, καὶ κατάδεσθε
τὴν ξύνεσιν παρ' ἐμοί, καὶ τάδε μαινδάνετε.*

V. 1. *Adeste huc nuntium bonum audituri*. Male *πεισόμενοι* vel *πεπτόμενοι* vulg. et interpretes. CASAVBONVS. *πεισόμενοι* cod. L. *πεισόμενοι* B. P. V.

V. 2. cf. Anacreon fragm. 1. Xenophanes I, 20sq. — *κατάδεσθε* — *ἐμοί*, i. e. *aves vestras mihi date*.

3.

Athenæus XV, 7 p. 668 E. F. *Μνημονεύει τῶν λατάγων καὶ τῶν κοττάβων καὶ ὁ Χαλκοῦς καλούμενος ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ἐν τοῖς ἐλεγείοις διὰ τούτων*

*Κότταβον ἐνθάδε σοι τρίτον ἐστάναι οἱ δυσέρωτες
ἡμεῖς προστίθεμεν γυμνασίῳ Βρομίῳ
κώρουκον οἱ δὲ παρόντες ἐνείρετε χεῖρας ἅπαντες
ἐς σπρίσας κυλίκων, καὶ πρὶν ἐκείνον λείν
ὀμματι βηματίσασθε τὸν αἰδέρα τὸν κατακλινῆ,
εἰς ὅσον αἱ λάταγες χωρίον ἐκτέταται.*

V. 1. *Κότταβον* h. l. intelliges ludum symposiacum, quo οἱ *κοτταβίζοντες* reliquias vini e poculo in terram sive lancem æneam (*χαλκίον, τὸντ' ἔστι κοτταβεῖον*, Athen. XV p. 667 F.) mittebant. Noli tamen cum Osanno cogitare de tertio quodam cottabo quem præcesserit primus et secundus: immo duo alii nescio quales ludi convivales intelligendi esse videntur, quos tertio loco exceperit cottabns. — Quem quidem hominem alloquutus sit poeta pronomine *σοὶ* ignoramus: haud dubie autem h. l. et 4, 1 referendum est ad unum ex τῶν καλῶν quorum amore incensi erant compotores, οἱ *δυσέρωτες*. Nomina enim τῶν καλῶν commemorare solebant οἱ *κοτταβίζοντες* teste Athenæo XV. p. 668 B. τῶν ἐρομένων ἐμέμνητο ἀφίεντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσσάβους. — *ἐστάναι*, *stare*, i. q. *statui, institui, fieri*. Infinitivus autem pendet a seq. sententia *προστίθεμεν* — *κώρουκον*, ita ut idem sit quod *ὥστε ἵσταναι*, ut cottabus tibi institutur nos perditæ amantes exercitationi Bacchicæ (i. e. ludis sym-

posiacis) *adūcimus κώρυκος*. Ceterum ἐστάναι B. P. V. εἶσται A. ἰστάναι Basil. L. Ἰαμ κώρυκον, de cuius propria vī consule lexica, a palæstra repetitum μεταφορικῶς referri ad κοτταβεῖον vere perspexit Osannus p. 108. Sicut enim κώρυκον e lacunari pendentem tanquam calcem certaminum quorundam manibus petebant οἱ ἀθληταί, ita οἱ κοτταβίζοντες e poculo aquam aut vinum eiiciebant εἰς τὸ κοτταβεῖον, ὃν σκοπὸν ἐς λατάγων τόξα καθιστάμεθα, teste Critia tyranno fragm. 1, 2.

V. 3 sq. ἐνέλθετε — κυλλίων, i. e. manus inserite in ansas (ὥστα εαυγε, ut videtur σφαιροειδῇ) poculorum (ἀγκυλῶν Athen. XI p. 782 D). Manus memorantur propterea quod τὸ ἐπολεπόμενον ἀπὸ τοῦ ἐκποθέντος ποτηρίου ὕγρον συνεστραμμένη τῇ χειρὶ ἄνωθεν ἐρήπτεν οἱ παίζοντες εἰς τὸ κοτταβεῖον. Cur tamen *ansæ poculorum* in cottabo usurpatorum σφαῖραι dicantur hodie incompertum habemus. Poculorum tamen genus apud Græcos in usu fuisse, in quorum ansas digiti inserebantur, docet Athenæus XI p. 468 C. δακτύλιον ἐκπωμα — ἀκούει τὸ ἄμωπον ποτήριον εἰς ὃ οἶον τε τοὺς δακτύλους διεῖρειν ἐκατέρωθεν. — καὶ πρὶν ἐκεῖνον ἰεῖν, i. e. et antequam illum mittatis, eūciatis, sc. εἰς τὸ κοτταβεῖον. Pronomen ἐκεῖνον referendum ad κότταβον, quo non solum ludus ille symposiacus sed etiam humor sive latex denotatur e poculis mittendus. Athen. XV p. 666 C. Κλείταρχος δ' ἐν τῇ περὶ Γλωσσῶν πραγματείᾳ [sc. φησὶν] λαταγὴν Θεσσαλὸς καὶ Ροδῖος τὸν ἀπὸ τῶν ποτηρίων κότταβον λέγειν. Idem p. 667 D. τῷ εὖ προεμένῳ τὸν κότταβον. Atque in hoc ludo præter βάλλειν, πέμπειν solenne fuisse verbum ἰεῖν persuadebit tibi Osannus p. 128. Quam ob rem Dalecampii et Pursani coniecturam ἰεῖν pro inepta librorum scriptura ἰδεῖν haud cunctanter in ordinem recepimus, licet singularis atque audacior sit forma infinitivi ἰεῖν pro ἰέναι, illa quidem ab ἰέω derivanda.

V. 5. κατακλινῇ V. L. κατακλείνην A. B. κατὰ κλίνην P. quam scripturam propagavit quidem Dindorfius, non tamen explicavit, et si quando explicuerit, magnus mihi erit Apollo. Acquivimus quidem in adiectivo κατακλινῇ, quo αἰθῆρ poetice eodem fere sensu atque αἶψα (unde profectum esse videtur interpretamentum codicis B. αἶψα) h. l. accipiendus *devenxus* appellatur, propterea quod humor e poculo missus aerem ita percurrit ut *devenxam* ineat viam ideoque fingat arcum: sic paullo obscurius atque contortius describuntur Critiæ λατάγων τόξα. At si vera esset scriptura κατακλινῇ, Dionysius id quoque genio suo indulsisset ut penultimam eius adiectivi in arsi produceret vulgo correptam.

V. 6. αἱ λάταγες — ἐκτέταται, hoc schema quod grammatici vocant Pindaricum immerito offendit Schweighæuserum, cui pluralis αἱ λάταγες cum singulari ἐκτέταται nullo modo construi posse videtur. cf. C. Schneider. ad Platon. Civit. Vol. I p. 122. Matthiæ gramm. Græc. §. 505. Scriptura codicis B. ἐκτέταται sapit interpretamentum. De notione vocis λάταξ et λαταγή cf. Bach. ad Critiæ fragm. 1, 2.

4.

